i

SERENISSIMÆ,

Ac Inuictissimæ

ADELAIDI

Inclitæ Bauariæ Ducissæ,

ELECTRICI SERENISS. &c.

Hocce Patris Opusculum Posthumum

CAROLVS PONA


D. D. D.

VERONÆ,

Typis Io. Baptistæ Meruli.

Superiorum Permissu.

A · B · E · O · M · E ·



D · D · D ·

ADELAIDI

SERENISSIMAE



SERENISSIMA,
AC INCLITA DVCISSA.

PAter meus dum etiam viuis adscriberetur, suum Hocce Medicum dilectissimum Opus, è raris conflatum Remedijs, experientiaque quadraginta annorum, quorum curriculo *dignissimæ incubuit Arti*, comprobatis; ac potissimum (vt Ipse aiebat) Principibus inseruiendis accommodatis; Immortali TVO NOMINI sacrare, desiderio flagrauit: at Illius mors effectum distulit; non tamen abstulit. Enimuerò, vt Ei, iam nunc Cœlis vt opinor degenti, accidentalem hanc lætitiam addam, TVO NOMINI DVX Inclita humillimè inscribo. TIBI inquam nuncupo Ducum Præclarissuma; Tibi, QVÆ Virtutibus vniuersis imbuta Sexus miraculum iure meritò prædicaris: TIBI, QVÆ Affabilitate,

Animi

Animi magnitudine, Generoſo ſplendore, inter cæteras ſic emines, quantum, vt ait Poeta, LENTA SOLENT INTER VIBVRNA CVPRESSI: TIBI denique, QVÆ morum lenitate, Pietate, Sanctimoniâ, cæteriſque Animi dotibus ſic ſplendes, vt omnes tanquam Solem omnium Virtutum genere radiantiſſimum, quaſi è ſpecula intuecantur, admirentur. Minimè autem gentium, Opellam Hanc TVÆ Electorali Celſitudini dicare auſus eſſem vmquam, niſi & Alias Genitoris mei, Pontificibus, Regibuſque ſacratas, acceptaſque ſcirem. Ne dedigneris INVICTISSIMA Principum, qualecunque ſit Opus, ſolitâ reſpicere benignitate, oculorumque TVORVM beneficô, & radianti fulgore illuminare, ac immensâ humanitate fouere.

Hic dum animitus Vitæ diuturnitatem DVCI ELECTORI Sereniſſimo, Potentiſſimo, ac TIBI deprecor; vt Chriſtiano Orbi Acerrimus in ILLO Orthodoxæ Fidei ſeruetur ASSERTOR; vtque Fœminei Sexus in TE ſoſpitetur miraculum, æternum ſiſto

Electoralis TVÆ Celſit.

Humillimum Seruum

Veronæ X. Iunij M. DC. LX. *Carolum Ponam.*

LE-

LECTVRIS INGENVIS AVCTOR.

NOVVM RATIONALIS MEDICÆ PRAXIS COMPENDIVM, *Theoricæ innixum fundamentis, ab* ANVLO PHYSICO *longè aliud diuturnô ſtudiô concinnaui, certiſque euentibus decoratum, vt nulli morbo iam deſideretur antagoniſta remedium, à præſidiorum vulgarium grege diſtinctum. Talia non aggrediuntur ſoſpitandis mortalibus, qui enixiùs, quàm* ÆSCVLAPIO *litarunt Muſis, quod nobis ignari, aut inuidi, oſcitanter, & perfidè obijciunt; ingeniô qui craſſioribus, aut viru pleni, humanæ volatum mentis, exiguô tentant terminô cohibere. Ex ingenti florum aceruo, exigui humoris, chymicis Organis præſtantiam elicimus, recrementis reiectis; prudentes ita Artium cultores ex ampliſſimis Voluminibus, optima ab inutilibus ſegregant, & nucleo*

Iliadem

Iliadem occludunt. Illud Ego semper sum auersatus, quô multi peccant, qui protenso scriptionis ambitu, Muscæ spiritum circumscribunt, magnis voluminibus Iuniorum obruentes ingenia, adeò vt attritus labore genius, noctium inani prouentu vigilatarum, iacturam doleant: Multorum me turpitudo admonuit, ne aliena transcriberem, neue inscios quoque capiendi gratiâ, Magnum mole, at fatuum Opus cogitarem. Tu Lector, arride, & vale.

NOVVM

NOVVM MEDICÆ ARTIS COMPENDIVM.

Auctore Francisco Pona D. Marci ex Coll. Equite, Historiographo Cæsareo, Philosopho, Medico, Doct. &c.

VNiuersum Corpus, ACADEMICO-MEDICI in CAPVT, THORACEM, ABDOMEN, ARTVSQVE diuidimus: iuxta quam dissectionem, curationis ordinem digeremus. Experimento, (neq; perfunctoriô) vim remediorum sanciuimus; illud profitentes, prodesse nostra posse auxilia, obesse non posse.

SIT IGITVR

Initium ab internis Capitis Morbis.

SECTIO PRIMA.

DE CAPITIS DOLORE
à calidis cauſis.

CVrationem vniuerſalem ritè inſtitutam ſuppono, per ea, quæ corpus expient, leniendo, purgando, ſanguiniſque miſſionem ex venâ præſertim cephalica inter policem, & indicem in parte dolenti; & alterantium vſum, vt puta ſeri deſtillati cum modico ſtillatitio, Santalorum Citrinorum; Vteris exindè hoc linimento dolorem ſedante;

N. I. ℞. *Radicis Rhodiæ.*
Sem. Pſillij.
Fol. Myrthi viridium an. dr. ij.

contundantur ſuper lapide Porphirite, cum Ol. roſac. Omphacio, & Capiti admoueatur tepens, antecœnam, vel prandium. Quod ni emplaſticum medicamentum arrideat, hoc ſuppetat Oxyrrhodinum.

N. II. ℞. *Succi Fol. Nimphæa.*
Lactucæ.
Solatri Hort. } *an. vnc. j.*

Lactis

Lactis Mulierbris.
Aceti rosati. } *an. unc. 5.*
Opij Thebaici gr. viij.

dissolu. opt., & per vices admoueto.

PRO CAPITIS DOLORE
à frigida causa.

DIgnosces per signa satis nota: Valentius purgato, Cochijs Pilulis, Hellebori nigri extracto, & similibus; Cephalicam tunde sanguine parcius missô, peccant enim humores ab ipso alieni. Exhibitis succis Betonicæ, Lauendulæ, Saluiæ, Sampsuci depuratis, addito Saccaro; deuenies ad hoc

LINIMENTVM.

quô tempora semel in die inungas

N. III. ℞. *Olei Nucis Moscatæ.*
Amaracini.
Iasminorum an. dr. ß. ſs.
Zibetti gr. iij.

Apage sint Castorium, Euphorbium, Myrrha, Bdellium, aliaque olida. Nosocomijs ea ministrent vulgares Medici; Nos de IVCVNDITATE remedij,

cum SECVRITATE certamus. Cauſticis quoque ſuæ ſunt delitiæ. ſi æger formidet ignem, paſtillis vtere Ciceris magnitudine, ex Hidrargiro ſublimato, Cantharidibus, & Euphorbio, cerâ flauâ ſubactis ad æquale pondus, aliquot horarum ſpatio (ſine dolore, ſi Oppium addideris ad ſextam maſſæ partem) Cauterium inures.

AD PHRENITIM.

ACriora inijce enemata: ſerum à leniente largius exhibe: ſanguinem iteratò mitte; ex brachio, cucurbitulis dorſo affixis, ſedalibus venis, ſub lingua, ex fronte, pro varijs, hiſque notis indicationibus, mox

N. IV. ℞. *Sanguinis Suilli lib. ij.*
Lactis Muliebris
Aquæ Roſarum electæ } *an. lib. j.*
Quat. ſem. mai. frig. an. ℥nc. j.

diſtilla per vitrea organa, & ad ternas vncias aquam exhibe, ter in die; Dehinc admoue Capiti pullum Columbaceum, vel Catulum recens natum, quem ſectum ſequenti reſperſum puluere appone.

N. V. ℞. *Capitum Papav. alb. num. iij.*
Rad. Mandrag. } *an. dr. j.*
S. Cucurbitæ }
Farinæ Hordei *dr. ij.*
Sacc. cand. *dr. iij.*
Ambræ or. odor. *gr. ij.*

m. ad vſum prædictum.

AD LETARGVM, Aliaſque ſoporiferas Affectiones.

PVrgatô appoſitè Corpore, validis (pro virium tolerantia) remedijs, ſpectata tamen febri, ſequenti vtere Linimento.

N. VI. ℞. *Aceti acerrimi deſtillati,*
Aquæ ardentis *an. vnc. iij.*
S. Sinapis.
Piperis albi *an. dr. iij.*

affunde pulueribus acetum, & aquam, atque tincturæ adde

Ol. roſati compl.
ex cort. citri } *an. vnc. j.*

malaxentur, & tepidô frons illiniatur, ſuturæ, & tempora.

ALIVD AD IDEM.

N. VII. ℞. *Ol. Nucis Mosc.* *dr.* j.
Chariophill. *scr.* ij.
Gummi Catbaamach. *dr.* ij.
Styracis rubræ, siue Balsami Peruuiani *dr.* j. ß.
Balsami or. legit. *dr.* iij.
Olei ex Agalloco } *an. scr.* j.
Ambræ el. or. }
m. & detur vsui.

NASALIA AD IDEM.

N. VIII. ℞. *Euphorbij* }
Costi Indici } *an. scr.* j.
Ligni Aloes opt. }
Stoecados }
Cort. Citri odor. } *an. dr.* v.
f. puluis ad sternutatorium.

AD VERTIGINES

Aut Caput per consensum laboret, aut per essentiam.

N. IX. ℞. *Vngulæ Alcis veræ* ʒ
Radi-

Radicum Peoniæ maris
Seminum eiuſdem } an. dr. 5.
Cannabis
Carpobalſami
Rad. Angelicæ } an. ſcr. 5.

f. pulais pro vſu. Doſis ſcr. j. ex aqua Peoniæ.

AD APOPLEXIAM.

MOrbus hic dicendus ſæuiſſimus ; totum enim ſimul corripit Hominem, viuumque adhuc mortuis adnumerat, motu, ſenſuque deſtitutum. Auctores remedijs ſcatent : quæ magis experimentis comprobata, propono.

N. X. ℞. *Olei Chariophillorum deſtillati*
Moſchi Orientalis } an. ſcr. ij.
Ex Ambra odorata
Tincturæ Styracis rubræ
Spiritus Olei Nucis Muſc. } an. ſcr. j.
Zibetti optimi gr. xij.

m. inungantur occiput, dorſi ſpina, nares, & tempora, non modò ætate conſiſtentes, ſed & Capulares crebrò reſtituit.

AD IDEM.

Aqua Apopletica.

N. XI. ℞. *Cariophil. Elect. num. xxx.*

Corticum Citri	}	*an. dr. ij.*
Sem. eiusdem		
Radicum Peoniæ maris		*dr. ij.*
Flor. Betonicæ	}	*an. m. j.*
Salu.		
Calendulæ		
Spicæ Nardi	}	*an. dr. ij.*
Acori veri		
Cariophillatæ Montanæ maior.	}	*an. m. j.*
Calaminthæ Mont. præstant.		
Costi Indici		*dr. ij.*
Theriacæ opt. mediæ ætatis	}	*an. dr. vj.*
Confectionis Alchermes		

infundantur in Vino Maluatico, & Aqua ex floribus Tiliæ q. s. per horas xx. Deindè ex vitro destillentur. Dosis ad sesquiunciam per dies xv. summo mane.

Foueatur interim vniuersum corpus spongijs madefactis in vino generosissimo, in quo fuerit infusus Tithymalus Cyparissus.

Superueniens febris in Apoplexia bonum: Allicietur illitu arteriarum aquæ ardentis, in qua maceren-

cerentur Cubebæ, Piper, Sinapis, Euphorbium, Ammeos, & similia. Alij vtuntur Oleo Spicæ odoratæ, in quo fuerit maceratum Scarabæum Ceruinum, siue cornutum.

Inustiones leues circa Caput, & Collum, Sternutatoria ex Nicotiana, Helleboro albo, Pyrrhetro, & Castoreo prosunt.

Clysteria pariter acria, & inunctiones artubus ex Oleo Costino cum Aqua ardenti.

N. XII. Præstantissimum est Sal ex humano Craneo ad scr. j. in Elixir Vitæ.

AD EPILEPSIAM.

PLura habes, quæ ad cognitionem faciunt, & ad curationem in Anulo Physico, inter quæ puluerem Cariophyllatæ, Primulæ, Bellidis, collectas sub coniunctione Iouis, & Lunæ. Vsus aquæ ex Amarenis Alpinis: gestatio Anuli ex vngue Alcis: Suffitus ex Gagate: sed præstantissima est

AQVA SEQVENS.

N. XIII. ℞. *Iecinorum Murium occisorum*
occidente Luna num. xij.
Pullor. Hyrundinum deplumat. nu. vj.
Cerebri Leporis scr. j.

San-

Sanguinis recentis Testudinis nemoreæ ℥nc. j. ʒ.
Ligni Visci Quercini } *an.* ℥nc. ʒ.
Radicum Pentaphilli }
Radicum Peoniæ maris } *an. dr.* iij.
Eiusdem Seminum }
Vngulæ Alcis ℥*eræ* ſcr. iiij.
Hyſſopi }
Saluiæ }
Betonicæ } *an.* ℘. j.
Lauendulæ }

Contundantur omnia, & infundantur in Aquæ Peoniæ, & Saluiæ q. s. Deindè deſtillentur lento igne per organa vitrea in Maris balneo.

Doſis vnc. ij. ſingulo mane, experti ſumus non ſemel diebus xx. Epilepſiam abactam.

ALIVD OPTIMVM AD IDEM.

N. XIV. ℞. Fellem Suis ſpinoſi, quem Hiſtricem dicunt, Caninô roſtrô: Succum à folliculo eximè: & felleo ſucco tot auri folia admiſceto, quot ſufficiant ad conſiſtentiam pillularem: & ex hac maſſa tres efformentur globuli, ſinguli ſingulo mane ſumendi. Hoc Remedium mihi communicatum fuit ab Aulæ Parmenſis familiari, quô teſtabatur indubiè ſanari Epilepticos, & pluries experto ceſſit ad votum.

AD

AD PARALYSIM.

N. XV. ℞. *Granor. Juniperi matur. recent.* ℥nc. j. ʒ.
Piperis albi
Anacardi præparati } *an.* *dr.* j.
Seminum Nigellæ *dr.* iij.
Peucedani *dr.* ij.
Flor. Cappar. num. xxx.
Semin. Cepparum ℥nc. ʒ.
Achori electi ℥nc. j.
Electri crudi *dr.* ʒ.
m. f. pul. tenuiſs.
cui affunde Aquæ ardentis cum Chariophillis lib. ʒ.
per horas xxxx. In balneo, opt. lutato vaſe vitreo,
donec perficiatur tinctura: Cuius exhibe dragmam,
ex Aqua Saluiæ per plures dies.

FOMENTVM AD IDEM.

N. XVI. ℞. *Amaraci Cret.*
Calaminthæ mont. } *an.* *m.* ij.
Pulegij
Pyrhetri
Nucis moſc.
Macis } *an.* *dr.* j.
Zedoariæ
Gingiberis

Tithi-

℞. *Tithimali* *m.* j.
Scillæ p.p. *vnc.* j.
Vrticæ } *an. m. ij.*
Anethi }

f. Fomentum in Vino mediocri S. A. cum ſpongia; quô ablatô, ſequenti Linimento inunges.

℞. *Olei Antiqui*
Ex Iunipero deſtill. } *an.* *vnc.* ß.
Balſami rubri
Benioini *dr.* j.
Styracis lachr. diſſol. *ſcr. iiij.*

m. pro vſu.

AD MELANCHOLIAM.

OPtimè cognitô Mŏrbô, erit expurgandum debitè corpus; ſanguis tamen cautè mittendus, in quo peccant plures Medici, qui ægrotum, ſanguine largius miſsô, in grauiora deducunt ſymptomata, eſt enim frænum humorum peccantium.

Stillicidia Capiti plurimum proſunt, ex lacte, ſanguine Turturis, Columbarumque commixto, cum Oleis Violaceo, Roſaceo completo, Nympheæ, & ſimilibus: ſuſſequatur autem inſperſio ſequentis pulueris.

N. XVII. ℞. *Rasuræ Eboris*
Electri albi } *an. dr. j.*
Coralli albi
Santal. citr. *dr. ij.*
Salis Saluiæ
Betonicæ. } *an. scr. j.*

m.

Quod si ad insaniam Melancholia perueniat, & ad furorem, sequenti vtere puluisculo per singulos dies ad octiduum exhibito ex Aqua Fragarum destill.

N. XVIII. ℞. *Salis ex craneo Leonis* *dr. ij.*
Sanguinis Hirci exsiccati *dr. j.*
Margar. p. p. *scr. iiij.*

f. foll. viij.

In mulieribus verò, præsertim virginibus, vterino furore correptis, vtere puluisculo hocce.

N. XIX. ℞. *Margar. p. p.*
Corall. alb. p. p. } *an. scr. iij.*
Ossis de corde Cerui
Succini albi crudi *scr. ij.*
Sem. Mandrag. maris
Dauci Cret. } *an. scr. j.*
Santal. alb. *dr. j.*
Saccari cand. *dr. ij.*

Te-

Tenuissimè terantur omnia, & diuisa in partes duodecim, dentur vsui, ex Aqua Betonicæ, Nympheæ, Arthemisiæ.

Et quoniam recurrere sæpè solent morbi, ad Melancholiam spectantes, idcircò etiam quietis tempore præcauendum. Conuenit itaque vsus Vini compositi, vt infra.

N. XX. ℞. *Santal. Citrin. el.* *vnc. iij.*
Ligni Aloes opt. } *an. dr. iij.*
Sassafras }
Fl. Citri }
Aurantiorum } *an. m. s.*
Saluiæ }
Buglossi } *an. m. j.*
Rorismarini }

infund. in Vino albo diluto ad lib. c. per dies octo, & sit mensæ familiare. Sanguinem defecat, flatus discutit, cruditates tollit; Caput roborat, cor, & ventriculum, obstructionesque superat inueteratas.

AD OCVLORVM Ægritudines.

SVprema ferè Diuini Opificis cura, Oculus, ac veluti æmulator Cœlorum: animi index, Symbolumque Diuinitatis. Plurimis tamen morbis corripitur,

ripitur, externis pariter, & internis; qui ab Auctoribus numerantur: curatu aliquando valdè ardui, ſed, qui purgato corpore, ad Chirurgum ſpectant. Verùm internos curandos nobis proponamus tantummodò, inter quos potiores, quibus facile eſt alios ſubnectere.

AD OPHTALMIAM.

DVplex eſt, humida alia, alia ſicca. Humida leuior eſt, & ſpuria inflammatio, cum lachrymis; in quam, & legitima ſolet degenerare.

N. XXI. Curatur humida ablutionibus ex aquis Plantaginis, Roſarum alb. ſilu., Cucurbitæ, Portulacæ, Maluarum, cum modico *Sacc. candi*, & granulis aliquot Aloes ſuccotr., & Vitreoli Cyprij.

Legitimam validioribus aggredieris; euacuatoq; audentius corpore, ſanguine miſſo ex iecoraria, mox ex Cephalica, hemorrhoidibus, dorſo, poſt aures, naribus, ſique contumax ſit affectus, etiam ex fronte. Suræ quoque ſcarificentur, vinculiſque, & frictionibus inferiora vellicare, ac phænigmatis exulcerare proficuum. Tot ærumnis tàm grande malum redimitur! Aures nec ſegnius perforentur, inditis Capſici, vel Laureolæ radicibus, ſanies donec vberiùs defluat.

Caſ-

Caſſia, Tamarindus, Serum depuratum primo loco; mox Cicoracea cum capitalibus, & oculari-bus: deindè purgantia Catholica. Quod ſi Venerea iungatur lues, ſæuior morbus, & diuturnior, erit ſudorificis (exempto capite ex hippocauſto) expur-gandus. Iſta raptim, ſed multa intelligenti; cui pauca ſatis.

Localia cautè.

DE PTERIGIO, Siue Vngula.

PAulatim eſt adimenda: Veterinarij forcipe fe-liciter curant, quod audent deplorabili euen-tu, *Medici*. *Tale* adhibeatur (purgato corpore) Collyrium.

N. XXII. ℞. *Succi Raphani*
Spiritus Vini Rectif. } *aa. vnc. 5.*
Succi rad. Chelidoniæ ma.
Fæniculi
Rutæ } *aa. vnc. j. 5.*
Vitrcoli Cyprij
Pumicis
Oſſium Sepiæ } *aa. dr. ij.*

Inf. per horas xx. deindè decantetur liquor ſu-pernatans, & guttatim oculo indatur.

ALIVD

ALIVD AD IDEM.

N. XXIII. ℞. *Viridis Aeris puriſſimi* *dr. ij. ſ.*
Calcithidis vſti *ſcr. ij. ſ.*
Saccari cand. } *an. ſcr. ij.*
Euphragiæ
Aquæ fœniculi } *an. vnc. j.*
Chelidoniæ ma.

m. ad eundem vſum.

AD PVSTVLAS CORNEÆ, Et Vlcera.

N. XXIV. ℞. *Micæ panis albiſs. humano lacte vberiùs imbutæ* *vnc. iij.*
Opij } *an. gr. iij.*
Croci
Aquæ roſ. alb. } *an. vnc. j.*
Liliorum conuall.

in quibus Aurum ignitum fuerit extinctum, f. empl. quod ſubtepidum oculo admoueatur.

AD OCVLORVM LEVCOMATA.

N. XXV. ℞. *Sanguinis Columbar.* } *an. vnc. j.*
Succi Limonum
Seri ſtillati

Saccari cand.
Meliloti pulu. } *an dr.* j.

f. linimentum, quod oculo apponas; poſt horam ablue decoctione fœnugræci in aqua fœniculi cum modico Myrrhæ el.

AD OCVLORVM DOLORES.

MVlta apud Hippocratem, Galenum, Actium, Trallianum, alioſque, quos fatigauit arduum hoc ſymptoma. Quod mirum in modum iuuet præſidium, habe

N. XXVI. ℞. *Butiri recentiſs. optimè loti aquâ Portulacæ* ℥*nc.* j.
Succi Stramonij dr. j.

m., & leuiter inunge.

DE SVFFVSIONE.

N. XXVII. SIgna inchoantis habes apud Auctores; perfectæ patent; ſola frigidæ crebrâ ablutione imminentem abiges. Iam inſinuatam ſiſtes Vini ſpiritu, in quo Siſeris montani ſemina fuerint macerata per triduum. Perfectam diſſol-

ues

ues ſpiritu ex Ammoniaco elicito. Item Aquâ ſtillatitiâ ex Melle roſ. ſimpl., necnon ſucco Chelidoniæ ma. & Lucij felle cum Saccaro. Prodeſt ſimiliter Aqua deſtillata ex ſanguine Hirci.

AD VISVS DEBILITATEM.

SPectatâ priùs diligenter causâ, & patientis ætate, temperamento, &c., & vniuerſalibus ritè adminiſtratis, pro iuuanda facultate mirum in modum iuuat Confectio ſequens, quotidiano vſurpanda vſu.

N. XXVIII. ℞. *Mirabol. chebul. ſacc. condit.* } *an. vnc. ij. ſ.*
Cort. citri parit. cond. }
Piſtacior. el. mund. *vnc. v.*
El. Alchermes *dr. ij.*
Agalloci opt. } *an. dr. ſ.*
S. Sileris mont. }

cum ſyr. de Cort. Citri aromat. q. s. f. Elect. doſis dr. j. ſingulo mane.

Variæ adhuc ſuperſunt Oeulorum Ægritudines, ſed hæ ſatis.

ATENEO VENETO VENEZIA

DE AVRIVM MORBIS.

Et primò de Dolore.

SÆuissima inducit symptomata Dolor Avrivm: Sitim, deliria, virium lapsum, ingentes febres, vigilias, nec rarò mortem præcipuè in pueris.

Mittes ab iniecto Enemate sanguinem, aut sectâ venâ, aut per cucurbitulas dorso affixas, aut per hirudines brachijs admotas, pro ætate, & viribus.

Mox vtere sequenti remedio, auribus instillando.

N. XXIX. ℞. *Succi Poligoni*
Mandragoræ } *an. dr. ij.*
Olei Vitellorum Ouor. *dr. j.*

m.

ALIVD AD IDEM.

N. XXX. ℞. *Lactis muliebris rec.*
Olei Irini } *an. dr. ij.*
Thuris el. pul. *scr. j.*

m.

AD

AD AVRIVM SIBILVM, Et Tinnitum.

N. XXXI. ℞. *Succi Raphani*
Vrinæ Pueri } *an. vnc. ij.*
Vini Maluat.
Cimini
Cubebarum } *an. ſcr. ij.*

m. & fomentô ſit auribus.

AD SVRDITATEM A craſſis humoribus in Senibus.

PHlegmagogis exhibitis, & ſternutatorijs adhibitis, atque errhinis, ſequentis *liquoris* guttulas auribus inſtillato.

N. XXXII. ℞. *Succi Rutæ*
Mentæ } *an. dr. iij.*
Tragorigani
Cepæ albæ } *an. dr. ij.*
Fellis Capræ *num.* 1.
Aquæ ex melle roſ. ſ.
Vini Maluat. } *an. dr. ij.*
Balſ. or. veri *dr.* j.

m. ad vſum.

AD SANGVINIS PROFLVVIVM Ex naribus, & alia quacunque corporis parte.

SECRETVM INSIGNE.

SOlet quandoque rebellis HEMORRHAGIA, virium prolapſum faciens, homines, atque infantes potiſſimum interimere. Ego, à Duce quodam Germano, Secretum hoc magnifaciendum nactus, volui in Principum præcipuè gratiam proponere: plurima enim ſuperſtitioſa, vel prorſus vana ſolent ad hoc attribui, quorum fortè vſum, arcano hoc abolebimus.

MASSA
Ad ſiſtendum Sanguinem.

N. XXXIII. ℞. *Iaſpidis viridis or. ſanguineis guttulis reſperſi, ſuper Porphirite lapide triturati* } *unc.* 5.
Boli arm. or. *dr.* ij.
Cinnabaris mineralis *dr.* j.
Hepatis Caprilli vſti } *an. dr.* iij.
Equiſeti }
S. Vrticæ *dr.* 5.
Sang. Hum. torref. } *an. dr.* j. 5.
Ranar. combuſt. pul. }
S., ſeu

cum succo Cystidis q. s. efformetur pasta solida, quæ alligata sinistro brachio gestetur; impedit enim, vsque ad guttam, sanguinis exitum, etiam patente magno vulnere.

ALIVD AD IDEM.

N. XXXIV. ℞. *Calcanthi albi, optimè diù loti in aqua Tragopogoni, & per Caniculares dies Soli expositi* unc. j.
Fabar. nigrar. combust. } an. unc. 5.
Pili Leporis vsti }
Opij electi leu. torref. dr. j.
Fœcum Ol. Calcanthi dr. ij.

f. puluis, qui attrahatur per nares, & vulneribus inspergatur.

Habeto præterea ad hoc, & ad alia sæuissima symptomata, vtpotè ad DOLORES omnes, tùm externos, tùm internos, ad fluxus immodicos, tùm Ventris, tùm Vteri, ad Vomitum, ad Vigiliasque morbosas.

NEPENTE NOSTRVM

Nunc primùm publici iuris redditum.

N. XXXV. ℞. *Succi Pomor. Daturæ pl. fl. vnc. iiij.*

Lactucæ	}	*an. vnc. ij.*
Solatri		
Fol. Melongenæ		
Telephij		
Cicutæ		
Succi fœniculi	}	*an. vnc. j.*
Fl. Citri		
Rad. Anthoræ		
Bistortæ		
Pentaphilli		

denſentur in patera vitrea Soli expoſiti toto Menſe Auguſti.

Adde.	*Opij Thebaici leu. torref.*		*vnc. ſ.*
	Tincturæ gemmarum		*dr. iij.*
	Balſami or. legit.		*vnc. j.*
	Olei Nucis Moſc.		*dr. j.*
	Moſci or.	}	*an. ſcr. j.*
	Ambræ or.		

ſ. maſſa pro vſu. Doſis à granò vno, ad tria.

Tam præſtans remedium eſt, vt vix manifeſtiùs aliud in Arte exerat vires. Horæ nàm ſpacio dolores ſedat quoſcumque, ſomnumq; conciliat, abſq; Capitis noxa; vt meruerit etiam apud exteros Medicos magnifieri.

DE

DE THORACIS
Affectibus.

SECTIO SECVNDA.

SÆuissima, ac contumacissima affectionum Pectoris Phtisis est. Præsidia, quibus deploratos liberauimus publici iuris fiant.

Blandissimè corpus euacuandum; vtor ipsæ extracto Mannæ, sic parato

N. XXXVI. ℞. *Succi Pomor. dulcium odor.* *lib.* j.
Mannæ electæ nouæ *vnc.* v.
Aq. violarum *lib.* j.

Dissolue optimè ad lentum ignem: deindè horis xx. permitte quiescere in phyala ad balneum Mariæ: mox inclinato vase, quidquid clari inest in aliud transfunde, & vtere. Dosis est ad vnc. iij.

PRÆPARANTIA
In Phtisi.

N. XXXVII. ℞. *Decoct Carnis Testud. nem.* ⎫
Hordei mundi ⎪
Pulmonariæ ⎪
Adianthi ⎪
Sonchi ⎭

Sonchi
Passular. ping.
S. Maior. frig. } *vnc. iiij.*
Portulacæ
Betonicæ

Ex iure Pulli Gallinacei

Syr. de Altbea
de Papauere } *an. vnc. 5.*

m. pro vno, & sic pro alijs.

Si verò materia vlteriorem solutionem requirat, & vires ferant; habe.

PRVNA CONDITA.

N. XXXVIII. ℞. *Fol. Senæ* *dr. vj.*
Sem. Carthami *dr. v.*
Mechiocan opt. *dr. j. ß.*
Sem. Anisorum *scr. ij.*
Flor. cordialium *ana P. j.*
Aquæ Violarum *lib. ij.*

f. infusio S. A. in qua bulliant Pruna electa dulcia num. sexaginta, donec turgescant: deindè extrahe Pruna, & Manna dissoluta in Aq. Violar. laminatim obuolue, donec pendant singula Pruna vnc. 5. horum autem tria, vel quatuor exhibebis ægroto.

Et quoniam explendæ indicationes potiores sunt

in

in hoc casu, humectare, & refrigerare, substantiam reparare, purulentam materiam trahere ad cutem, & fluxionem à capite ad pectus intercipere; habeto.

PRO HVMECTANDIS, Et refrigerandis Phtisicis, Linimentum.

N. XXXIX. ℞. *Mucilaginum*
S. Citoniorum } *an. dr. ij.*
S. Maluæ }
Lactis Muliebris *vnc. ij.*
Tragacanthæ }
Gummi Arabici } *an. dr. j.*
Butiri recentis loti }
Ol. violati loti } *an. vnc. j.*

Ceræ albæ q. s., f. Vnguentum molle, quo manè, & vesperi inungantur costæ superiores, versus earum radices. Ad secundum erunt.

MORSELLI SVBSTANTIFICI Humectantes.

N. XL. ℞. *Pulpæ Caponis thoracicæ costæ*
Carnis caudar. Cancror. fontis } *an. vnc. iiij.*
S. Maior.

S. Maior. frig. ℥*nc.* j.
Ambræ or. *gr. iij.*
Saccari fini ℥*nc.* ℥j.
f. Morſelli S. A. Doſis vnc. 5.

Eundem reſpicit ſcopum, cordi ſimul, & viribus propitia, hæc.

GELATINA PRO ETHICIS, Et Phtiſicis.

N. XLI. ℞. *Margaritar. p. p.* } *an. dr.* j.
Hyacinthi p. p. }
Cornu Cerui iunioris raſi }
Ol. Nucis Moſc. *ſcr.* j.
Ambræ or. *gr. iij.*
Saccari fini diſſoluti in aq. fl. citri *q. s.*
Folior. auri *num. ix.*
Gelatinæ Caponis ℥*nc. ix.*
m. ex Arte. Doſis vnc. 5. ad vnc. j.

Nutrit, ſpiritus recreat, putredini reſiſtit, flatus diſcutit, & ventriculum roborat.

ALIA GELATINA AD IDEM.

N. XLII. ℞. *Aquæ ℥iolar.* ℥*nc. iiij.*
Santal. citrin. *ſcr. ij.*

Bulliant

Bulliant ad consumptionem medietatis. Expressioni verò adde

Sacchari fini ℥*nc. iiij.*

& bulliant iterùm ad consistentiam mellis: deindè

Adde *Amili puluerizati* *dr. ij.*
Gelatinæ Caponis ℥*nc. vj.*
Mosci or. *gr. ij.*

Misce, & vtere. Ad tertium faciet.

INVNCTIO,
Purulentam materiem trahens ad ambitum.

N. XLIII. ℞. *Ol. Lilior. albor.* } *an.* ℥*nc.* j.
Iasminorum }
Adipis Viperini ℥*nc. iij.*

Misce, & vniuersum corpus inunge.

Erit ad vltimum.

CERATVM CEREBRVM
Roborans.

N. XLIV. ℞. *Corticum Citri* }
Thuris } *an.* ℥*nc.* 5.
Mirrhæ }

Pulegij

Pulegij	}	*an. dr. j.*
Stoecados		
Fl. Sambuci		
Betonicæ		
Cariophilor.		
Balauſtior.	}	*an. ſcr. j.*
Macis		
Roſarum rubr.	}	*an. dr. ij.*
Maſticis		

m. cum Reſina, Cera, & Picis momento f. Ceratum capitale, quod ſuturis applicatur, & catarrhis defluentis impetum cohibet.

Neque tibi carnifex Medicus perſuadeat, vt in ſyncipite Cauterium admittas. Fateor, faciente me olim in Xenodochio Medicinam, aliquando hocce ab Auctoribus decantatum vſurpaſſe præſidium: ingenti tamen cruciatu miſeri exanimati.

Neque tamen cauſtica, alteri brachiorum inuſta improbo, quinimò laudo ſummoperè.

Miſſio ſanguinis, niſi ſit adhùc recens affectio, non placet. Tunc enim ſi vires ferant, ſique adſit ſanguinis copia, inſigni cum acrimonia (quidquid Medicorum reclamet cohors) Hirudinem brachio, vel manui affigito, moderatâ euacuatione.

VICTVS RATIO.

Præter hæc, veſcantur facilè coctilibus; Potuſq; ſit ex Aqua Chynæ, Salſæ, Glycirrhizæ, Tuſſil. ex Symphito, Violis, Sacc. ſemper addito.

Vel Aqua Hordei incoctis caudis Cancrorum.

In meridie ſitientibus porrigantur vnciæ quinæ ſequentis Aquæ, miræ in hoc affectu efficaciæ.

AQVA SANGVINIS.

N. XLV. ℞. *Sanguinis Suilli, adhùc calentis lib. vj.*
Carnis Cancrorum unc. x.
Saccari fini lib. ß. 5.

deſtill. ex balneo Mariæ.

Vel exhibe

℞. *Carnis Caponis coctæ in ouillo lacte, vel*
vaccino unc. j.
Emul. amigdal. dulc } *an. dr. ij.*
Quatuor S. maior. frig. }
cum Saccari fini pul. dr. j.

fiat hauſtus.

AD PLEVRITIM.

PLurima habemus ex Auctoribus ; gestimus nos præstantissima proponere.

N. XLVI. Suppurando itaque Apostemati maximè confert Testiculus Leporis, in decoctione Apij maceratus per horas ix., si decoctio illa tepida ieiunô exhibeatur.

N. XLVII. Item præstat Dens Apri ad pollinem redactus, & ad dr. j. exhibitus ex rosaceo Sacc.

Cæterum vulgaria remedia non desunt è Scriptoribus elicienda.

AD TVSSIM.

N. XLVIII. ℞. *Succi Caulium*
Rad. Enulæ } *an. vnc. j. ſ.*
Prasij
Mellis Hispanici } *an. vnc. ij. ſ.*
Sacc. fini

f. Elec. siue Looch. S. A. cochleare sumendum passim.

PRO ASTHMATE
Optimum.

N. IXL. ℞. *Succi Meliſſæ*
Chamedrios } *an.* ℥*nc.* 5.
Liquiritiæ
Geniculorum rad. caudæ Equinæ contuſor.
opt. mund. ℥*nc.* j.
Spiritus Roriſmarini
Iuniperi } *an. dr.* 5.
Saccari fini *lib.* 5.

f. rotulæ, vel paſtilli S. A. ore detinendi, & ſenſim, ac ſenſim deglutiendi. Quod enim nullum fortè remedium præſtitit, ipſi præſtabunt.

AD VITIATAM RESPIRATIONEM
In genere.

DE hac latiùs in Tract. noſtro de Vitiata Reſpiratione, examen petas ſatis exactum. Noſtri modò inſtituti ſit remedia ſelectiora proponere; præmiſſis ritè vniuerſalibus.

SI A CATARRHO.

N. L. ℞. *Carnium Teſtudinis* *lib.* j.

Aquæ Farfaræ
Equiſeti
Melliſſophilli } *an. lib. ij.*
Mentaſtri

bull. ad conſum. mediet. deindè f. expreſſio.

Cuius ℞. *lib.* j. 5.

S. Botrydis *dr. ij.*
Caricarum
Pulm. Vulpis p. p. } *an. vnc. 5.*
Paſſularum pulpæ
Succi Caulium *vnc. iij.*
Sacc. cand. } *an. vnc. vj.*
Mellis Cret.
Ol. Sulphuris *dr.* j. 5.

f. Looch. S. A. pro vſu. Doſis dr. ij. bis in die. Nil reperi in Arte præſtantiùs ad Orthopnæam.

SI A FLATIBVS.

N. LI. ℞. *S. Aniſor. torref.* *dr.* j.
Botrys *ſcr. iiij.*
Hyſſopi
Saluiæ } *an. ſcr. ij.*
Thymi
Penidiorum *vnc. ij.*

f. puluis tenuiſs. inſpergendus cibo, vel ſumendus ad ſcr. j. ex Aqua Farfaræ ſingulo mane.

SI TVBERCVLI SIT SVSPICIO.

N. LII. ℞. *Mellis albiſs. crudi* ℥ *unc.* j.
Salis prunellæ
Nicoſianæ } *an. dr.* j.
Succi Apij *dr. ij.*

m. Doſis ſcr. j. ſummo mane.

IN QVACVMQVE SPIRANDI Difficultate.

N. LIII. ℞. *Pulpæ Dactilor.*
Paſſular. magnar. } *an.* ℥ *unc.* j.
Caricar. pinguium
Succi Liquir. denſ. *dr.* j.
Boli arm. or.
Fl. Sulphuris } *an. ſcr.* 5.
Benioini
Styracis lachr. *dr. ij.*

cum Melle albiſs. crudo f. Electuarium. Doſis dr. j.

AD PLEVRITIDEM Denuò.

RApſodia plena pariter, ac infelix curandæ Pleuritidi apud Auctores. Spuriam à legitima

noſſe maturius expedit, & comitantis naturam febris. Mali hæc eſſe moris conſueuit vt plurimùm. Sanguinem ſi ex vena detrahas poſt diem tertiam, actum eſt de Ægroto. Cucurbitulis ſi rem peragas, iudiciô anceps, nec febris malignitate fit prædita, Ægrum perimis. Purgatô arbitreris rem Geniô.

APOSTEMA FOELICITER RVMPES

Hoc exhibito hauſtu.

N. LIV. ℞. *Ol. Amigd. d. s. i. recentiſs.* *dr. ij.*
communis puri, in aqua fontis diù ebulliti donec lacteſcat *vnc. iij.*
Succi Caulium *vnc. j. ʒ.*
Syr. de Althæa *vnc. j.*
m. horis quinque ante cibum exhibeatur.

ALIVD AD IDEM.

N. LV. INfunde per horas xij. teſtes Leporis in iuſculo florum Camomelli, & propina. Sæpiùs expertum.

PRO EMPIEMATE.

PRæter ea, quæ ſuperiùs, aliud ſuppetit miran-
do ſæpè euentu fauſtum remedium.

N. LVI. ℞. *Aquæ Hordei deſtillatæ* *lib. iiij.* ℥
Thuris lachrymæ puriſs. perluc. dr. iij.
Mannæ el. rec. *vnc. j.*

m., & pro potu largiùs vtatur Æger, cæteris, (quoad vniuerſalia) ritè adminiſtratis.

AD IDEM.

N. LVII. ℞. *Theriacæ vet.* *dr. ij.*
Saccari roſati *vnc. j.*
Fl. Sulphuris *ſcr. iiij.*
Salis prunellæ *ſcr. ij.*
Auri Calcinati *ſcr. j.*

m. bis in die, exhibe ad ſcr. 5. & ſuperbibat Aquæ deſtillatæ ex Nicoſiana vnc. j. 5.

In omnibus pectoris fluxionibus non inflammatorijs, mirum in modum prodeſt, ſummoperè verò in Empiemate.

ALIVD IN FINE MORBI
ad conterendas reliquias, ac thoracem roborandum.

N. LVIII. ℞. *Syr. Fl. Anthos* *vnc. iij.*
Croci pulv. *scr. j.*
Balsami or. legit. *dr. j.*
Succi Scillæ *dr. ij.*
Essentiæ Citri *gut. vij.*
m. Dosis scr. ij. pro vice in iusculo rad. Althææ.

AD HEMOPTOICOS.

REspiciat Medicus, an ex Anastomasi, an ex Dierrhesi, an ex Diapedesi sanguis expuatur, vomatur, aut per tussim reijciatur. Opportunè occurrat reuulsionibus, auferentibus causas, & sanguinem incrassantibus præcipuè, & à salsedine, & acrimoniâ vindicando. Consideret quâ ex parte proueniat, easque seorsim recognoscat, signis apositè collectis, & pensitatis.

Quacumque ex parte fluat expediet vti Ecclegmate hôc.

N. LIX. ℞. *Succi rad. Consol. mediæ* } *an. vnc. ß.*
Saniculæ
Pyrolæ
Solatri

Amilæ

Amili pul. *dr. ij. ʒ.*
Bol. arm. or. } *an. dr. j.*
Fl. Mali Punici or. }
Offium Meſpill. torref. }
Nepente noſtri ſuperius adducti *ſcr. j.*

f. Eclegma pro vſu. Placet & tinctura Roſarum.

Syrupus de Corallo.
Succus rubi Idæi.
Ribes conditum.
Groſſularia Saccaro excepta.

Aliaque id genus, etiam adhibitu iucunda.

Quod ſi ſanguis (non enim rarò contingit) in thorace, aut ventriculo concreſcat.

℞. *Decoct. Fœnugræci* } *an. vnc. vj.*
Meliloti }
S. Viticæ }
Spermatis Ceti *dr. ij.*

m. exhibeatur vncia bis in die, ante cibum.

In Aqua chalibeata parentur alimenta, victuſq; ſit ex conglutinantibus.

DE CORDIS AFFECTIBVS.

LÆditur præcipuè Cor (viſcerum cunctorum Princeps, & diſſolutionis, vel tantillæ ſuæ vnitatis impatiens) his incommodis. Palpitatione ni-

mirùm, Lipothymia, & Syncope. Vi igitur Cordis pulsifica, & motui debito Cordis destinata, dum morbifica insurgit causa, ita frustratur, vt vel depraeuetur, & Palpitatio tunc suboritur; vel imminuatur; & tunc Lipothymia fit, vel auferatur, & tunc Syncope accidit.

A quacunque igitur causa, hæc symptomata excitentur, vel ea sit vapor, aut humor; vel animi pathema, aut quid venenosum ingestum, quod per peculiaria signa prudens Medicus distinguit, semper mirum in modum conferet.

PVLVIS BEZOARTICVS.

N. LXI. ℞. *Lapid. Bezoar or.* } *an. dr. v.*
Fragmentor. prætiosor. }
Margar. p. p. orient. }
Vnicornu veri } *an. scr. j.*
Ossis ex corde Cerui }
Rad. Scorzoneræ Hysp. *dr. ij.*
Contraieruæ } *an. dr. j.*
Terræ sigillatæ veræ }
Vincetoxici }

Rediganturomnia ad pollinem super lapide ophite, vel porfirite. Dosis erit scr. j. ex Aqua Scorzoneræ, vel Flor. Citri, vel Melissæ, vel Rutæ Capratiæ. Erit etiam maximè ex vsu

AQVA CARDIACA.

N. LXII. ℞. *Scorzoneræ p. p. inciſæ recen. lib. i. ſ.*
Infundatur per horas xxx. in ſuccis
Oxalidæ
Citri
Meliſſæ } *an. lib. ſ.*
Calendulæ
Additis *Aceti opt.* *vnc. iiij.*
Deinde affunde
Spec. Diambræ Meſ.
Trium Santal. } *an. dr. ij.*
Diamarg. frig.
Terræ ſigillatæ
Margar. p.p. orient. } *an. dr. j. ſ.*
S. Ocimi Chariophil.
Citri præparator.
Quæ omnia vitreis organis ex Bal. Maris deſtillentur S. A. Doſis vnc. j. ad ij.

EPITHEMA
Præſtantiſſimum ex Secretis M. D.

N. LXIII. ℞. *Fl. Citri in vmbra exſicc.*
Corticum Citri
Flor. Iaſminis Catalonici } *an. dr. j.*
Roſar. rubrar. Damaſc.

Flor.

	Flor. Violarum	
	Nenupharis	*an. ſcr. 5.*
	Boraginis	
	Calendulæ	
	Granor. Chermes	
	S. Citri	*an. ſcr. 5.*
	Aceroſæ	
	Spec. cordial. temp.	
	Cornu Cerui p. p.	*an. dr. j.*
	Margar. p. p.	

f. Puluis. Tunc

℞.	*Huius Pulueris*	*dr. ij. ʒ.*
	Aqua Fl. Citri	
	Meliſſæ	*an. unc. ij.*
	Scabioſæ	
	Roſarum	
	Elixir vitæ	*an. dr. j.*
	Aceti roſati	

m. pro Epithemate Cordis.

Mirum etiam in modum confert Antidotus Bezoartica noſtra; & extractus Scorzoneræ M. D. cuius formulas peculiari libello edidimus; quas tamen & hoc loco repetere non pigebit.

ANTIDOTVS BEZAARTICA.

QVamquam præſtantiſſimum hoc Noſtrum Remedium in ſuis Operibus ediderint GASPAR BAHVI-

BAHVINVS, LVDOVICVSQVE SEPTALIVS, Viri longè Clariſſimi, ſolertiſſimuſque Pharmaceuticæ indagator ALBERTVS STECCHINVS, alijque; preſtetque tùm Venetijs, tùm alijs clariſſimis Vrbibus, viſum eſt hoc quoque loco apponere, vtiliſſimum nàm diuturno vſu, & experimento comperi

N. LXIV. ℞. *Lapidis Bezaar or. legit.*
Pauonij veri
Malac. ex felle Hiſt. Indi } *an. dr. ſ.*
Vnicornu legitimi
Margar. orient. p.p. *dr. v.*

quæ multiplicentur deficiente Pauonio, aut Malacenſi lap. ad ipſorum pondus.

Fol. Auri puri num. quinquaginta.
Terræ ſigillatæ veræ
Boli arm. lutei or. } *an. dr. ij.*
Corall. r. p.p.
Smaragd. p.p.
Scorzoneræ Hiſp. veræ
Tormentillæ p.p. rec.
Anthoræ
Biſtortæ
Pentaphylli } *an. dr. ij.*
Contrayeruæ
Angelicæ
Pimpinellæ
Eringij

Cort.

Cort. Citri matur.
Fl. Citri nondũ exſolutor. } *an. dr. ij. ſ.*
et in vmbra exſiccator.

S. Citri p. p.
Baccar. Lauri
Iuniperi
Dictami Cret. } *an. dr. ſ.*
Calaminthæ mont.
Rutæ
Scordei Cret.
Cardui bened.

Agalloci opt.
Zedoariæ } *an. ſcr. ij.*
Galangæ min.
Cinam. el.

Croci Coricij } *an. ſcr. iiij.*
S. Ocimi Chariophillati

Amomi ℞eri
Hipericonis } *an. dr. iij.*
Altææ

Opobalſ. legit.
Theriacæ Andr. med. æt. } *an. dr. j.*
Conf. Alchermes

Mitridatij
El. de Hyacintho } *an. dr. ſ.*

Mellis Attici deſpum. lib. ij. ℞nc. iij.
cum modico vini Cret. fiat Ell. S. A. Doſis dr. ſ. adj.

DE

DE VENTRE INFIMO.

SECTIO TERTIA.

De Morbis Ventriculi.

DE CHOLERA.

VTrinquè bilis erumpens, præuio dolore Stomaci pungitiuo, & nauſea, magnâ virium iacturâ, & anguſtiâ, Choleram facit; vtroque ventriculi orificio tentato, & epiſtaltico ſimul, ac periſtaltico motu laceſſitâ Naturâ, vix quô ſe vergat norit.

Vapores, flatus, materieſque: præcalida hos ciet affectus, à Crapula, ab Ira, à Coitu.

Eô pertingit, vt & brachia conuellantur, & crura propter conſenſum cum ſuperno, infernoque ventriculi orificio. Deliquia exindè non rarò animi, & interitus.

N. LXV. Plura ab Auctoribus proponuntur, ſed ex potioribus arrident præ cæteris, quæ tùm ſuffitu, tùm alimentô reficiant ſpiritus. Potus Aquæ auratæ. Succi Citoniorum, Granatorum, Ribes, Agreſtæ.

N. LXVI. Ex Ouis recentibus placentæ cum Ol. Ben, & Ambra odorata admixta, Sumachijs,

cum

cum modico Abſcinthij Pont. & Spec. Triumfantalorum, & Diamargarit. frigidi.

N. LXVII. Nepenthe erit Anchora ſacra.

AD IMBECILLITATEM Ventriculi.

PLurimi de hac conqueruntur, hi potiſſimum, quibus concrediti Populi, quibuſque Gloria cordi eſt, per Muſarum contubernium pallentes, caſtis quoque amplexibus laſſati vltra fidem, ex quo propter ſpirituum diſpendium debilitatus calor, coctionibus celebrandis redditur impar.

Reparandi itaque ſpiritus, fouendus calor, viſcera roboranda, ablatis iam per vniuerſalia cauſis: ita tamen, ne pharmacis euaneſcentem extinguamus virtutem; ſit igitur.

Ad fouendam Stomaci temperiem Sacculus odoratus.

N. LXVIII. ℞. *Nucis Moſc.*
Cariophill.
Ligni Aloes
Macis
Caſſiæ lignæ
Thimiamatis } *an. dr. 5.*

Spicæ

Spicæ Nardi	}	*an. scr. 5.*
Croci		
Mentæ Græcæ	}	*an. p. 5.*
Amaraci Cret.		
Rorismarini		
Origani		
Laudani	}	*an. dr. j.*
Masticis		
Mosci or.		*gr. vij.*

m. Contere crasso modo, & serico tenui Coccineo excipe, trigona figura S. A.

PRO OPTIMATIBVS
Alius.

N. LXIX. ℞.

Agalloci opt. rec.	}	*an. dr. j.*
Styracis electi		
Chariophill.		
Cinamomi	}	*an. scr. ij.*
Fl. Citri		
Nucis Mosc.		
Santal. Citr.		*dr. j.*
Abscinthij Pont.		*scr. j.*
Mosci or.	}	*an. dr. 5.*
Ambræ odor.		

m. f. Sacculus odoratus.

OLEVM ODOR. AD IDEM.

N. LXX. ℞. *Nucis Mosc. el.* } *an. dr. iij.*
Cariophill. }
Agalloci *dr. ij.*
Macis }
Squinanthi } *an. scr. j.*
Mastichis albi puri *vnc. 5.*
Olei Fl. Aurantior. *vnc. iiij. 5.*
Cort. Citri *vnc. ij. 5.*
Nucis Mosc. *dr. iij.*

Contund. cont., & in vrinali vitreo fermententur in balneo maris, addito Vino maluat. ad vnc. iij. in quo fuerint dissoluta *Mosci or. gr. xxiiij.*
Ambræ or. gr. xxxvj.
m. colentur, & exprimatur Oleum, seruandum in vase vitreo opt. turato ad vsum.

CERATVM STOMACHICVM.

N. LXXI. ℞. *Balsami Peruuiani rubri* *vnc. 5.*
Gummi Catahamach *vnc. j.*
Agalloci pul. *scr. iiij.*
Macis *scr. j.*
Liquidambræ *dr. iij.*
Mosci }
Ambræ } *an. scr. 5.*

f. Ceratum S. A.

ROTV-

ROTVLÆ AD IMBECILLIT. Ventriculi.

N. LXXII. ℞. *Galangæ minoris*
Chariophill. el. } *an. ſcr. j.*
Cinnam. opt. *dr. j.*
Caſſiæ Moſylitic. *ſcr. ij.*
Macis el. *g. iiij.*
Eſſentiæ Citri
Ol. Aniſor. deſtill. } *an. gutt. ij.*
Sacc. albiſſ. *vnc. viij.*

cum Aqua Fl. Aurantior. q. s. f. rotulæ paruæ pro vſu.

IVLEB AD IDEM.

N. LXXIII. ℞. *Summitatum Abſinthij Pont.* *p. ij.*
Mentæ Græcæ *p. j.*
Ligni Aloes *dr. j. ſ.*
S. Coriandr. cont. *ſcr. iiij.*
Aquæ Meliſſæ
Fl. Aurantior. } *an. lib. j.*

inf. per h. xx. deinde bull. S. A. mox

℞. *Huius Decoct.* *vnc. viiij.*
Saccari fini *dr. vij.*
Galliæ Moſc. *ſcr. ij.*

f. Syr. clarif. S. A. Doſis dr. ij. pro vice.

Conſerua in eundem vſum, & aluum ſubducens.

N. LXXIV. ℞. *Gelatinæ Citonior.*
Conſeruæ ex toto Citro } *an. vnc. iij.*
Zinziberis conditi *dr. ij.*
Scialapæ
Mechiocan } *an. dr. iij.*
Mirabol Citr.
Gallіæ moſc. *g. xij.*
cum Syr. de Cort. Citri q. s. f. Conſ. Doſis vnc. 5.

VINVM MAGISTRALE
Ad Ventriculum roborandum.

N. LXXV. ℞. *Caſſiæ ligneæ electæ*
Agalloci } *an. vnc. j.*
S. Angelicæ
Granor. Paradiſi
Zedoariæ
Acori veri } *an. dr. j. ſ.*
Ligni Saſſafras
Vini mediocris, maturi, rubri lib. C.
Inf. per octiduum, & ſit potio pro menſa.

DE

DE NAVSEA, ET VOMITV.

CVratur Vomitus Vomitu, dictante Hippocrate: quapropter si ex repletione fiat, tali vtere

N. LXXVI. ℞. *Decoct. Atriplicis*
Asari
Altheæ } *an. dr. j. 5.*
Ol. Amigd. d. 5. 1. rec. j
tepidum sumatur, & lenis subsequetur vomitio.

FOMENTVM Consumptô Vomitu.

N. LXXVII. ℞. *Comarum Limonum* }
Absinthij Pont. } *an. p. ij.*
Mari Cretici }
S. Amomi } *an. dr. 5.*
Coriandr. }
Menthæ Græcæ *p. j.*
Rosar. rubr. } *an. dr. j.*
Agalloci lim. }
Vini Maluat. austeri lib. iiij.
Bulliant pro Fomento.
Quo ablato, inungas Oleô Fl. Aurantiorum, cum modico Balsami or. legit.

DE SINGVLTV.

EXhorrendum pluribus in morbis ſymptoma iuxta doctrinam Hippocratis, ſed præcipuè in Ileo, & affectibus ad vrinam ſpectantibus.

Tolles, aut ſaltem minues ſequenti remedio.

N. LXXVIII. ℞. *Theriacæ vet.* *dr.* j.
Mitridatij opt. *dr.* ij.
Vini Maluat. *vnc.* iiij.
m. pro vſu. Cochleari detur paulatim.

AD IDEM.

N. LXXIX. ℞. *Eſſentiæ Citri* *gut.* iij.
Nepenthe noſtri *g.* ij.
Spec. Diambræ *g.* vj.
cum Syr. de Mentha f. bolus, & aur.

APOLOGIA.

NEque gratis oblatret quiſpiam, Nepenthe tàm frequenter vtenti. Conſideret quibus in Affectibus, & qua doſi; expertô remediô ſupra fidem fidô, & arduo rerum articulo ſedatis doloribus, cohibitiſque fluxionibus, viam Medico ſternente ad ea, quæ multoties infœlici exitu intercipiuntur præſidia.

AD

AD INAPPETENTIAM.

CRebrò quæ ægrotantes exanimat, aut ex rigido ſeueriorum Medicorum imperio (ex quo enecta concoctio, & improbè cluſa iam cibum refugit) aut ſuccreſcente humorum peccantium colluuie, iam admitti extraneum non poteſt, vndè cruditates, deliquia, deliriola, poſtremuſque virium prolapſus; Corriges Inappetentiam hoc pacto.

N. LXXX. ℞. *Succi Limonum* *vnc. v.*
Amigd. d. excort. } *an. vnc. ij. ʒ.*
Pineorum }
Micæ Panis albiſs. *vnc. ʒ.*
diù contere, deindè adde
Cardamomi }
Moſci or. } *an. g. iij.*
Ambræ or. }
Sacc. fini *vnc. iij.*
Erit pro ſalſamento guſtui iucundo, quô excitetur alimentorum cupiditas.

DE BVLIMO, Et Canina fame.

N. LXXXI. HÆC Inappetentiæ opponuntur, tolles vſu

Pinguissimarum Carnium,
Pastilibus.
Palustribus Piscibus.
Cochlearum esu.
Cancrorum.
Merique potu.

SITIM VERO MORBOSAM Minues.

N. LXXXII. LArgiore etiam frigidæ potu, in quibus expedit,

Oxisaccara.
Vino ex Ribes.
Succo Limonum,
Citri,
Aurantiorum.
Aqua Fragarum.
Granatorum, &
Amarenarum. } *Æquinocis Vinis.*
Iusculis Oxalidæ, cum
Guttulis Ol. Calcanthi,

alijsque sexcentis ad id genus spectantibus, deletis priùs pro viribus causis, & præsertim iecoris intenso calore.

AD CARDIALGIAM.

QVâ perſæpè ægri perimuntur, propter doloris ſæuitiem, & communicantiam affectæ partis cum corde.

INVNCTIO.

N. LXXXIII. ℞. *Ol. Violati* *vnc.* j.
Myrthini *dr.* ij.
Ex Vitellis Ouor. } *an. dr.* j. ſ.
Ex Abſinthio Pont. }
Nepenthe. *g.* iiij.

m., & vtere.

FOMENTVM.

N. LXXXIV. ℞. *Fol. Myrthi viríd.* }
Roſarum } *an. m.* ſ.
Aizoi min. }
S. Sumachiorum }
Portulacæ }
Cucurbitæ } *an. dr.* ij.
Coriandrorum }
Santal. alb. }
Fl. Nymphææ *p* j.

in Aqua Fl. Pæoniæ m. q. s. bull., & deindè adde
Gallæ moſcatæ *g.* x.

m., & tepenti vtere.

DE AFFECTIBVS INTESTINORVM.

AD LIENTERIAM.

SPectatis cauſis, ac vniuerſalibus exactis, mirum in modum prodeſt Bolus, vt infra.

N. LXXXV. ℞. *Ol. Nucis moſc.* } *an. ſcr. 5.*
Balſami or. }
Theriacæ vet. }
Salis Abſinthij *g. iij.*
Eſſentiæ Roſarum *g. ij.*

f. b. n. i i j.
ſingulos capiat ante cibum ex hora.

ALIVD AD IDEM.

N. LXXXVI. ℞. *Veruecis Omentum.*
imbue Ol. ſtillatitio ex Iunipero, & infra diaphragma foue.

PRO DIARRHÆA.

N. LXXXVII. PRæmiſſis præmittendis, enemata fiunt ex AQVA TETVTIANA, in qua Dactili fuerint macerati.

Ex

N. LXXXVIII. Ex Aqva Noceriana cum Sale Prunellæ, & Saccaro anthoſato.

N. LXXXIX. Ex Cremore Hordei cum modico Philonij R. & Aqua Portulacæ, in qua Corallorum ramenta ignita fuerint extincta: ſique ſenior ſit Patiens, aut

N. XC. valdè pituitoſus, Cliſteria inſuſſentur ex Vino rubro generoſo, cum modico Salis Abſinthij, & ſucco Citoniorum depurato.

AD ALVVM Paulatim ſiſtendum.

N. XCI. ℞. *Roſarum rubr.* } *an dr. j. ſ.*
Spodij eboris }
Boli albi Iluenſis }
Sumachior. } *an. ſcr. ij.*
Milij leu. torref. }
S. Acetoſæ *ſcr. j.*

f. puluis, & diuidatur in foll. xij. in iuſculo pedum Vituli, ſingulo mane exhibendos, ex hora binâ ante prandium.

AD

AD CIENDAM ALVVM.

Medicamentum ſuaue in minima quantitate.

DVmmodò febris non adſit, vtere in doloribus Capitis, Arthritide, lue venereâ, alijſque ſimilibus.

N. XCII. ℞. *Aquæ ardentis ex Vino albo generoſo ſepties rectificatæ* *lib iij.*

Hermodactilor.
Turbith el.
Scialapæ } *an. dr.* j.
Mechiocan
Sem. Carthami p.p.
Extr. Diagridij *dr. ij. ſ.*

Infunde per horas xxx. deindè adde

Agalloci opt. *ſcr. ij.*
Caſſiæ Moſylit. *ſcr. ij. ſ.*
Chariophill. el. *ſcr. ſ.*
Moſci or. *g. viij.*

& ad integrum octiduum in phiala quieſcant: deindè decantetur tinctura.

Cuius recipe *lib.* j. ſ.
Saccari cand. *vnc. viij.*
Aquæ Fl. Aurant. *vnc. ij.*

Doſis ad vnc. j.

ALIVD AD IDEM.

N. XCIII. ℞. Ouorum Muli piſcis, Balbio vulgò q. u. ſuper vitreâ paterâ exponantur æſtiuo Soli donec optimè exſiccentur, tùm in puluerem redige; cuius accipe vnciam vnam.

Mechiocan	}	*an. dr. j.*
Thurbith	}	
Moſci or.		*gr. v.*
Saccari cand.		*dr. vj.*
Pulu. Griſei		*dr. ſ.*

f. puluis tenuiſs., cuius doſis ſit ſcr. j.
Fuit Acchilles Archiatri olim Germaniâ celeberrimus, vndè pluribus Magnatibus placuit.

AD DISENTERIAM.

Cliſter eximius.

N. XCIV. ℞. *Decoct Poligoni min.*
Rad. Conſol. mediæ
Saniculæ
Sumachior.
Lentium } *vnc. x. v.*

Tburis

Thuris el.
Boli arm. veri } *an. dr. j.*
Philonij rom.
Olei Citonior. } *an. dr. j.*
Vnguenti ros.

m.

ALIVD AD IDEM.

N. XCV. ℞. *S. Hiosciami*
Papau. albi
Citoniorum } *an. dr. 5.*
Sumachior.
Sepi Hircini *vnc. ij.*

f. suppositoria v. j. pro vsu.

INVNCTIO AD IDEM.

N. XCVI. ℞. *Ol. Myrtillorum* *vnc. iiij.*
Succi Mororum sylu.
Cornu fructuum acerb. } *an. vnc. ij.*
Vini Granatorum
Ceræ Citrinæ *vnc. j.*

donec euaporent succi, lento igne agitentur.

DE PASSIONE COLICA
A frigida cauſa.

N. XCVII. ℞. *Rad. Anthoræ*
Enulæ
Carui
Cinnamomi } *an. dr. 5.*
Calcanei Suis vſti
Corall. rubror. p. p. } *an. dr. j.*
Flor. Camomillæ
Anethi } *an. p. 5.*
S. Rutæ *dr. 5.*
Apij *ſcr. ij.*

m. f. puluis tenuiſs. Doſis ſcr. j. ad ſcr. ij. ex iure.

ALIVD PRÆSTANTISSIMVM.

N. XCVIII. ℞. *Salis Abſinthij* *dr. j.*
Aſari
Rutæ } *an. dr. 5.*
Balſami orient. *dr. iij.*
Moſci orient. *ſcr. j.*

m. pro vſu. Doſis ſcr. 5.

Sumatur binâ horâ ante cibi aſſumptionem. Mirificè etiam prodeſt.

PVLVIS AD IDEM.

N. XCIX. EX testiculo iunioris Equi, vel Muli, in clibano exiccati ad pondus semidrachmæ, ex iure pulli columbacei.

Et hoc arcano, Homo quidam ad ementitam solitudinem factus, in hac Vrbe nostra, multam corrasit pecuniam. Energiæ certè miræ; quamcitissimè enim tollit dolores. Nec minus est efficax.

AQVA ANTICOLICA.

N. C. ℞. *Fl. Camomillæ rec.* } *an. m. iiij.*
Anethi
Croci Coricij *dr.* j.
S. Anisorum } *an. dr. iij.*
Rad. Anthoræ
Zedoariæ
Mosci orient. *scr.* 5.
Spec. Aromat. ros. G. *dr.* j. 5.
Aq. Pœoniæ } *an. lib. iij.*
Rutæ
Melissæ

Inf. omnia per tres dies, deindè destillentur organo Vitreo ex B. M. Dosis vnc. ij. ad iij. Enemata interim proportionata inijciantur ex pinguibus aliquando dissoluentibus flatus, non semel è purgantibus validioribus.

Ex-

Extrinſecus autem Anates diſſectæ adhuc viuæ applicentur; mox Oleum Viticis, & Amigdalar. amar. addito Veruecis Epiploo adhibeantur ſæpè inungendo.

Narcotica maximè ſunt ſuſpecta, ob fœces retentas. Quod ſi vti cogamur præ doloris intenſione, tunc per os tutiùs, quàm per aluum vſurpabimus.

Quod ſi maximè flatus negotium faceſſant, ijſdem citò diſcutiendis habeto iucundiſſimum remedium: ex quo obſeruent Practici modum reducendi Olea ad pulueris ſpeciem. Itaut etiam peritiores de ipſis deguſtantes, maximè ambigant de magiſterio, quod tamen ſcienti facillimum apparebit.

N. CI. ℞. *Penidior. pulu.* *dr. iij.*
Ol. (exempli gratia) aniſor. *gutt. xij.*
m. & pulueriz. pro vſu.

Sic etiam parare poteris ex Nucis Moſcatæ Oleo, Cariophil., Piperis, Cinnam., Fœniculi, Corticum Citri &c.

Vltimum eſt Elixir vitæ, in quo fuerit diſſoluta Antidotus noſtra Bezoartica, vel Mitridatica confectio.

Pro Colica à cauſa calida.

ACcidit enim interdum, bilioſi humoris vitio, hanc paſſionem excitari; turpiter errantibus Medicis,

Medicis, qui ijſdem ſemper remedijs calidioribus Colicis occurrunt. E citrino igitur corporis colore: ex vrinis bile ſcatentibus: ex vrgenti ſiti: ex pungitiuo maximè dolore: ex ætate, temperamento, annique tempore, facilè conijciet prudens Phyſicus, dolores eſse à cauſa calida; tunc vniuerſalibus præadhibitis, vtetur hiſce.

N. CII. ℞. *S. maior. frig.* *dr. ij.*
Altheæ *dr. j.*
Papaueris albi *dr. ſi*
Margarit. p. p. } *an. ſcr. ij.*
Spodij ex ebore }
Coral. alb. p. p. }
Pulpæ Tamarind. *dr. ſ.*
f. paſtilli. Doſis dr. iij. pro vice.

ALIVD OPTIMVM.

N. CIII. ℞. *Aq Fragarum* }
Ex Vua acerba } *an. vnc. ij.*
Seri deſtillati capril. }
Syr. de acido Citri }
de Ribes } *an. vnc. ſ.*
m. pro potione, meridianis horis ſumenda.

Pro Mulieribus autem, quæ mixtis ex vteri, inteſtinorumque Vitio doloribus ſolent excruciari; ſit iſte.

PVL-

PVLVIS HISTEROCOLICVS.

N. CIV. ℞. *Margar. non p. p.* *dr. ij.*
S. Apij *dr. j.*
Rubiæ tinctorum
Cardamomi
Nucis Moſcatæ } *an. dr. ſ.*
Zedoariæ
Maſticis
Zinziberis
Carui } *an. ſcr. j.*
Been rubri
Cinnam.
S. Petroſel. Maced. *ſcr. ij.*

m. f. puluis; cuius Doſis eſt ad ſcr. ij.

Frigidam Vteri corrigit intemperiem; & Colicæ ſimul paſſioni mirificè prodeſt.

Graſſante autem, maximè *in Pueris*, Alui fluxus, erit ex vſu.

PRO ALVI FLVXV
Præcipuè in Pueris.

N. CV. ℞. *Mororum Rubi acerb. exſic.* *vnc. j.*
S. Sumachior.
Herbæ Centinodiæ
Corallor. p. p. } *an. dr. j.*
Spodij ex Ebore

Coriand. p. p. *dr. 5.*
Cinnam. *ſcr. j.*
m. f. puluis. Doſis ſcr. ij. ad dr. j.

PVLVIS DISENTERICIS
Etiam inueteratis optimus.

N. CVI. ℞. *Croci infectorij* } *an. dr. j.*
Vinaciorum Vuæ }
Oſſium Meſpillor.
Cuticulæ Caſtanear. } *an. dr. ij.*
S. Altheæ }
Corallor. alb. p. p.
Nucis Moſcatæ *ſcr. j.*
Moſci Orient. *gr. ij.*
Saccari fini *vnc. 5.*
m. f. puluis Vino auſtero hauriendus. Doſis ad dr. j.

AD CÆLIACOS PVLVIS.

N. CVII. ℞. *Cornu Cerui iun. raſi non p. p.* } *an. dr. j.*
Teſtar. Cancror. uſtor. }
Electri crudi } *an. dr. 5.*
S. Rhu. }
Serici coccinei } *an. ſcr. j.*
Acori veri }
m. f. puluis. Doſis dr. 5. ex Vino auſtero.

PRV-

PRVNA AD DISENTERICOS, Et Cæliacos.

N. CVIII. ℞. *Prunor. acidor exſic. num. xxx.*
Infundantur in Aq. Plantaginis, in quâ Sumachia incocta fuerint, & ibi ſine donec turgeſcant, deindè adde

℞. *Spec. Triumſantal.*	}	*an. dr. j.*
Diamargar. frig.		
Margar. p. p.	}	*an. dr. j. ſ.*
Terræ ſigil.		
Coral. rubr. p. p.		
Saccari fini		*vnc. ij.*

Bulliant ſimul in Vaſe vitreo, in balneo, donec liquor ferè ex toto abſumatur, interdum agitando, vt pulueres æquæ Prunis adhereant.

Doſis à Prunis ij. ad iiij.

Et viuo vexari blattis, etiam cum mortuo pugnatnis, homini (heu miſero) contingit! Introſpicite Reges inteſtinorum receſſus, omni labe, omnique ſordium colluuie fœdos. Non ſufficit tantillum Corpus morborum gregibus deuorandum. Et cum vermibus agenda bella: bellaque verè inteſtina! Et ſuperbimus homunciones? Vah iterum miſeri! Quoties epulamini, toties ferire fœdus cum putredine, blattiſque accidit. Eia internas acies confundite, cum homine tandem, pacem dignam genere habituri. Sit igitur.

Rumpendis, & eijciendis Vermibus PVLVIS.

N. CIX. ℞. *Salis Theriaci*
Absinthij } *an. gr. iij.*
Dorichnij herbæ }

Exhibe ex Aquis Peoniæ, vel Graminis ieiuno ventre. Enecant illicò ventris reptilia: quemadmodum & subsequens.

OLEVM MAGISTRALE Pro Vermibus enecandis, & extrudendis.

N. CX. ℞. *Cort. recen. Mali Citri*
Aurantij } *an. dr. j.*
Baccar. Lauri *dr. ij.*
Chamedreos
Fol. Persici } *an. p. ʒ.*
Rutæ
Gentianæ
Santonici
Corallinæ } *an. vnc. j. ʒ.*
Lumbricor. terrestr.
Aloes
Thuris } *an. vnc. ʒ.*
Myrrhæ

Ab-

Abſinthij }
Abrotani } *an. p. j.*
Ol. Amigd. amar. }
Veteris Oliuar. } *an. lib. ij.*

Inf. omnia cont. in Oleis per dies xv. in Bal. Mar., deindè bull. ad conſumpt. tertiæ, & ſeruetur Oleum, quô Nares, Artheriæ, & Vmbilicus inungantur.

AQVA EFFICACISSIMA
Ad Vermes, etiam in Adultis.

N. CXI. ℞. *Succi Raphani acer.* *lib.* j.
Rad. Peoniæ mar. *lib.* 5.
Aq Roſar. *lib.* j. 5.
Theriacæ opt. *vnc.* j.
Lumbricor. terreſtr. *vnc.* iij.
Salis ammoniaci *ſcr.* j.
Vini Maluatic. auſteri *vnc.* j.
m., deſtill. per Bal. Mar. Doſis vnc. 5. ad vnc. j.

DE IECORIS AFFECTIBVS.

IEcur ſanguinis officina; viſcus præcipuum, facillimè lædi accidit. His itaque, quibus potiſſimùm ſolet affici, poſtquàm Ventriculo, & Inteſtinis conſuluimus, conabimur per tutiora remedia citò, ac iucundè occurrere. Obſtructiones ergo tollet.

OXIMEL HEPAR
Deobſtruens.

N. CXII. ℞. *Eupatorij*
Adianthi
Cicorei } *an. m. iij.*
Rad. Rubiæ Tinctor.
Aſparagi
Pentaphylli
Fœniculi } *an. vnc. j.*
Spec. Triumſantal.
Squinanthi
Rhabarbari elect. mat. } *an. dr. j.*
Spec. Diarrhodon Ab.
Corall. rub. p. p. } *an. dr. j. ſ.*

Inf. omnia in Aq. Hepaticæ q. s. per horas xx, deindè f. macerat., & colat. S. A.

℞. *Huius Decoct.* *lib. ij.*
Mellis Cret.
Sacc. fini
Aceti acerrimi } *an. q. ſ.*

S. A. paretur Oximel. Doſis vnc. j. ad vnc. ij. per quindecim dies ſummo mane.

Interim vtere per vices Pillulis ex tribus cum Rhab, & Aggregatiuis, vel ſequentes placebunt.

PIL-

PILLVLÆ CHALIBEATÆ.

N. CXIII. ℞. *Limaturæ Chalibis el. Sulphure* p.p. *vnc.* j. ß.

Trociſc. *de Eupat.*
de Cappar. } *an.* ℥*nc.* ß.
de Abſinthio

Succi Scorzoneræ
Cetrach } *an.* ℥*nc.* ij.
Meliſſæ

m., macerent. omnia per dies x. in Bal. Mar. additis Vini Maluatici vnc. x. deindè adde

Aq. Ardentis ℥*nc* iij.
Seri Caprilli deſtillati lib. ß.

Et quotidie agitentur omnia, & tranſactis decem diebus, abijciantur fœces, & liquor denſetur S. A. ad conſiſtentiam Pillularem. *Doſis ſcr. j. ad ſcr. ij.*

Aperiunt mirificè obſtructiones, tùm Lienis, tùm Hepatis, & exigua mole, habemus remedium ſummæ actiuitatis, Archiatri, ne oſcitanter prætereatis. Valet etiam maximè.

EXTRACTVM IECORARIVM

Ex Succis.

N. CXIV. ℞. *Succi Cicorei*
Endiuiæ
Roſar. rubr. } *an. lib.* ß.
Eupatorij

Epaticæ
Sonchi } *an. vnc. iiij.*
Oxalidæ
Apij } *an. vnc. j.*
Pomorum dulcium *vnc. vj.*

m., denſentur S. A., & ex drachma fiat bolus, auri folijs exhibendus, bis in die; ante prandium nimirùm, & ante cœnam ex hora. Facienti periculum, remedij virtus patebit. Valet enim.

AD FLVXVM HEPATICVM. AD IECORIS INFLAMMATIONES. AD ICTERICOS.

Peculiare tamen habeto.

AD HEPATICVM FLVXVM.

N. CXV. ℞. *Rhabar. torref.* *dr. v.*
Terræ ſigillatæ Sleſianæ
Spodij ex Ebore } *an. dr. iij.*
Vnicornu foſſilis
Succi Epaticę
Myrtillorum } *an. vnc. vj.*
Santalor. Citrinor. *dr. ij.*
Ambræ orient. *gr. xv.*

Affundant. Succi, cæteris puluerizatis, & per dies quinque

quinque claudantur in Vaſe vitreo, opt. lutato in Bal. M., deindè inclinato vaſe, Succi denſentur.

Extrahendo interim Salem vſtis ex fœcibus S. A. quem rectificatum, & dealbatum, redactumque ad pollinem, Succis denſatis admiſcebis.

Hoc remedio etiam inueteratos, & deploratos Fluxus Hepaticos, ſuperabis. Doſis eſt à gr. viiij. ad xv. ſingulis diebus, ex Aqua Fumariæ.

AD IECORIS Inflammationes.

N. CXVI. ℞. *Mucilag. S. Citonior.* } *an. ℥nc. iij.*
Epaticæ Contuſæ }
Camphuræ *ſcr. ij.*
Spec. Triumſantal. *dr. ij.*
Ol. Violarum } *an. dr. ſ.*
Roſarum }

m., & Iecori admoue.

AD ICTERICOS Citiſſimè auriginem abigens.

PVrgato debitè Corpore, & miſſo opportunè ſanguine, præmiſſiſque præparantibus, ſolet adhuc rebellis auri color, cutem fœdare. Pro qua tergenda.

N. CXVII. ℞. *Mithridaticæ Conf.* *ſcr. j.*

Rha-

Rhabar. elect. gr. xij.
Centaurei minoris gr. vij.
Lap. Bezoar orient. gr. v.

m., fiat Bolus, & per dies tres ſumatur ex auri folio, cum modico Aq. Adianthi: horæ ſpatio ante cœnam.

DE IECORIS IMBECILLITATE.

N. CXVIII. ℞. *Succi Roſ. alb. dep.*
Abſinthij Pont. } *an.* unc. ij.
Gelatinæ Citoniorum
Spec. Diamarg. fr.
Diarrhod. Abb. } *an.* dr. 5.
Triumſantal.
Galliæ moſcatæ ſcr. 5.
f. Conſ. S. A. Doſis dr. j. ante cibum.

ALIVD AD IDEM.

N. CXIX. ℞. *Succi Cicorei ſylu.*
Radicis Rhodiæ } *an* unc. ij.
Abſinthij Pont.
Aquæ Roſar.
Myrthi Tarentini } *an.* unc. j.
Item Aceti roſ.
Vini Maluatici } *an.* unc. ſ.

Spec.

Spec. Aromat. ros.
Santal. rub. pul. } *an. dr.* j.

m. pro Epithemate Iecoris, per multos dies, dum æger cubitum petit.

AD IECORIS TENSIONEM
Ex Flatibus.

N. CXX. ℞. *Saccari fini pul.* *lib.* j.
Galliæ mosc. *dr.* j.
Ol. Anisor. *gut* x.

cum Tragacanthi gummate in Aqua Melissæ liquefacto; f. Pastilli sæpè ore tenendi.

AD HEPATIS
Inflammationem.

N. CXXI. ℞. *Maluarum* *m.* iij.
Altheæ p. p. *vnc.* iij.
Caricarum
Pulpæ Dactilorum } *an. vnc.* j.
Mellis Cret.
Sinapis *scr.* j.
Hepatis Lupini p. p. *dr.* ij.

f. Empl. cum Syr. de Althæa, & Oleo Vitellorum Quorum q. s. S. A.

AD

AD OBSTRVCTVM HEPAR.

Purgato appositè Corpore reuocetur in vsum

OXIMEL SEQVENS.

N. CXXII. ℞. *Decoct. Rad. Apij*
Fœniculi
Capparorum
Graminis
Ruschi
Asparagi } *lib. iiij.*
Spicæ Nardi
Absinthij Pont.
Fumariæ
Hepaticæ
Liquiritiæ
Cicorei
Rhabarb. opt. mat. inc. *vnc. iiij.*
Tincturæ Chalibis *vnc. j. ℈*
Mellis opt. } *an. lib. ij.*
Saccari albi
Aceti odorati generosi *lib. ß.*

f. Oximel S. A. clarif. pluribus diebus sumendum ad vnc. j. ante cibum horis quatuor.

AD IECORIS SCYRRHVM.

EXigua in hoc affectu salutis spes : emollientibus tamen, & attenuantibus est tentandum, ne spe-

randi

randi ſolatium quoque infœlicibus adimatur.

PILLVLÆ HVIVSMODI APPROBANTVR.

N. CXXIII. ℞. *Succi Eupatorij denſati*
Extracti Iridis } *an. ſcr. ſ.*
Acori
Ammoniaci p. p. *ſcr. ji*
Salis Prunellæ } *an. g. v.*
Abſinthij

cum Melle f. Pill. v. & ſic pluribus vicibus alternis diebus.

INVNCTIO AD IDEM.

N. CXXIV. ℞. *Adipis Viperini*
Olei Chryſomelitum } *an. vnc. ſ.*
Glandis vnguent.
Salis Abſinthij
Ex Vrina Hum. } *an. dr. j.*
Sanguinis Hirci p. p. *dr. ij.*
Ari pul. *dr. ſ.*

m., & vtere.

AD ICTERVM DENVO.

PLurima proponunt Auctores, quæ hoc loco abſit repetere. Vnum afferam experimentis ſæpiſſimè comprobatum.

Fl.

N. CXXV. ℞. *Fl. Centaurei min.* } *an. ſcr. j.*
Mitridatij opt. }
Salis prunellæ *ſcr. ſ.*
Mellis Anacardini *q. ſ.*

f. Bolus, & auretur: & ſic per ſeptem, vel octo vices.

AD CACHEXIAM.

GEneralia præeant. (tædet adhuc dictum recoquere.) mox ſequenti Electuario vtere.

N. CXXVI. ℞. *Salis Chymici ex Vrina pueri dr. ij.*
Ol. ex Sem. Ebuli expreſſ. dr. iij.
Succi Laureolæ dr. iiij.
Turbith.
Scialapæ
Pul. Viperini (adeò hoc ſæculo decantati, in omnibus ferè morbis, ſed in paucis vſurpandi)
an. dr. ℈.
Oxim. ſcillitici *℈nc. ij. ſ.*
Balſ. or. legit. } *an. dr. j.*
Spec. Diambræ M. }
Vini Maluatici el. *q. ſ.*

f. lento igne Electuarium ad vſum. Doſis dr. ij. ſingulo mane per multos dies.

AD

N. CXXVII. ℞. *Verbenæ contuſæ* *m. iiij.*
Farinæ Fabarum *vnc. iiij.*
Albuminum Ouor. *num. iiij.*
m. optimè, & in ſacculo ad lienis magnitudinem appone per horas xxiiij. & ſic pro v. vicibus. Cruentô fuſco perfuſum ſacculum reperies, & prodigioſa celeritate lienem ad priſtinum ſtatum reuerti facilè miraberis.

Cliſterijs interim rem perage valentioribus, & multis diebus ſequens remedium propina.

N. CXXVIII. ℞. *Oxim. noſtri deobſtruentis* *dr. j.*
Decoct. Meliſſæ
Adianthi } *vnc. iiij.*
Fl. Cappar.
m.

Ad Lienis inflammationem.

MIſsô priùs ſanguine, & exhibitis appoſitè Pharmacis, ſequenti vtere fomento multoties.

N. CXXIX. ℞. *Decoct. Tamaricis*
Filipendulæ
Roſ. rubr.
Abſinthij } *lib. iiij.*
Hordei
Maluarum
Verbenæ

Olei

Olei Citoniorum
Rosati compl.
Violati } an. vnc. j. 5.
Myrtillorum
Vitellorum Ouor. vnc. 5.

m.

AD SCYRRHVM LIENIS.

N. CXXX. ℞. *Adipis Taxi*
Humani } an. vnc. j.
Anatis sylu.
Sagapeni
Bdellij
Ammoniaci } an. dr. iij.
Extr. Tamaricis
Guaiaci
Ireos } an. dr. j.
Capparorum

m. pro inunctione.

AD NEPHRITIM.

N. CXXXI. ℞. *Ol. Sanguinei M. D.* vnc. j. 5.
Carabis dr. ij.
Spirit. Therebinthinæ dr. j.

m.

AD

AD HIDROPEM.

Aſcitem præcipuè.

SI qua grauis eſt affectio, Iecori pernicioſa, ea certè Hidrops. Plurima proponuntur remedia. A Chirurgicis abhorreo, ſi de ſectione ventris loquamur. In maſculo omninò læthalis. Faciens & ipſe Medicinam in Xenodochio, expertus bis, terue, exhorrui; pereuntibus quos incidi iuſſeram, alijs quoq; ſubſcribentibus Medicis. Non adeò in Fœminis. Quod enim ipſe olim vidi, quodque plurimi Medicinæ candidati, Togatique viderunt, Excellentiſs. D. D. Sanctorius Sanctorius, celeberrimi nominis Vir, ex Mulieris Ventre, Cathethere immiſſo, ad libras ſupra quinquaginta, puram aquam extraxit, meracum interim propinando, citra *deliquium animi*; & per plures annos, ſanis fuit Patiens adnumerata. Reliquum, Vmbellici punctura, mihi ſuſpecta; neque alia ratio extrahendi ex Hidropicis aquam mihi tuta videtur, niſi qua Excellentiſſimus Sanctorius operatur, per cœcos quoſdam meatus; ipſi tamen notos. Quorum etiam Andreas Laurentius mentionem fecit.

Dari autem meatus huiuſcemodi cœcos, ipſe coactus ſum fateri, quia cùm Virginem curarem (iam tamen nubendo aptam) Aſcite correptam, & ventris tuberoſiſſimi; fruſtraque fuerint omnia pertentata, & validiora remedia; propitio accidit Fato, vt cu-

bile conſcenſura, laberetur, & ſuper fictile Vas, colliſo Ventre corrueret. Mirum dictu! Continuò lotium reddere cœpit, ingenti adeò copia, vt duarum horarum ſpacio, nunquam à mictione ceſſarit. Expellente per ſibi cognitos meatus Natura, quidquid humoris fluitantis in abdomine peccabat. Facili deindè negotio, ad temperiem iecur eſt reuocatum, incolumi adhuc à ſexennio muliere.

In alijs autem caſibus, miram aſſerimus Confectionem hanc, quâ vſi ſumus.

AD HIDROPEM.

N. CXXXII. ℞. *Elaterij opt. gr. xv.*
Scialapæ
Atechiocan } *an. dr. j.*
Saccari fini vnc. ij.
Piſtacior. elect. vnc. ſ.
Spir. Therebinth. gut. vj.
cum Aqua Meliſſæ q. s. f. Morſelli S. A. Doſis vnc. j. circiter.

Et Rubetæ, ſiue nemoreæ Ranæ, vis ineſſe fertur, educendi per Vrinæ meatus aquam Hidropicorum, ſi per longitudinem ſecta, renibus applicetur: iterando ter vt ſufficiat. Dypſadi quoque colubro, lapillus ineſſe dicitur, qui Ventri Hidropicorum admotus, totam breui horâ aquam abſumit, occulto hauſtu. Hac

autem

autem ratione hunc ſibi parant lapillum. Verſatur circa fluuios hìc Anguis, quem etiam Situlam vocant, eo quia morſu ſitim ingentem faciat. Alligant ad eius caudam funiculum, & prono capite ſuſpendunt, ſubiecto Vaſe aqua pleno, in quod ore dehiſcat, aliquot enim poſt horas, vel dies, lapidem vomit, qui Vaſe receptus, totam ſtatim exſugit aquam.

AD RENVM, ET VESSICÆ Affectus.

QVI lautiores inter epulas, ſedentarias horas ducunt, quorumque Deus præcipuè venter, non rarò ſolent Calculo, alijſque Renum, & Veſſicæ vitijs torqueri: itaut exiguus aliquando lapillus, largiores eliciat de Magnatum fronte ſudores, quàm perenne Siſyphi pondus irrequietum. Satis igitur fusè remedia colligo, non tamen quæ vulgare Oleum redoleant.

Præcipuum igitur locum tenet OLEVM SANGVINEVM NEPHRITICVM M. D.

AQVA AD CALCVLVM.

N. CXXXIII. ℞. *Summitatum Maluarum*
Parietariæ
Card. Stell.

Saxifragiæ	}	*an. m. iiij.*
Pimpinellæ		
Vrticæ	}	*an. m. ij.*
Sisimbrij aquat.		
Petroselini		
Rad. Altheæ	*vnc. iiij.*	
Ireos	}	*an. vnc. 5.*
Acori		
Asparagi	*vnc. j.*	
S. Millij Solis	*vnc. j. 5.*	
Carpobalsami	*dr. 5.*	
Hypericonis	*vnc. ij.*	
Granor. Alchechengi	*vnc. iij.*	
Succi Limonum acerbi	*lib. j.*	
Raphani acerrimi	*lib. 5.*	
Lapidis Iudaici pulueriz.	}	*an. dr. vj.*
Spec. Ducis aureæ		
Terræ sigillatæ		
Elect. Iustini	}	*an. dr. v.*
Litontribon		
Therebinthi Cyprij	*vnc. ij. 5.*	
Aq. Fœniculi	*lib. iij. 5.*	
Vini Maluatici	*lib. ij. 5.*	

f. inf. per horas xxx., deindè ad lentum ignem deftillentur ex Vase vitreo, ne euaporent orificia ex Bal. Mar.

Sumatur

Sumatur ad vnc. ij. vel iij. alternis diebus, ieiuno ſtomaco, & purgato corpore.

Valet mirificè ad arenulas detrudendas, & lapidem frangendum. A Ventriculo enim ad renes citiſſimè permeat, parum virtutis ammittens, & idcircò etiam in Renibus, & Veſſica exiſtentem lapidem frangit; Valet etiam

PVLVIS AD CALCVLVM.

N. CXXXIV. ℞. *Lapidis Iudaici orient.*
ex Cap. Limacis
ex Cap. Cancr. } *an. dr. j.*
Iſatæ
Margar. præparat.
Milij ſolis } *an. ſcr. lij.*
S. Altheæ
Vrticæ *ſcr. ij.*
Alichechengi
Botris } *an. dr. j. ſ.*
Saxifragiæ
Operculorum Cochlear.
Oſſium Meſpillor. } *an. ſcr. ij.*
Virgæ aureæ
Cicadar. vſtar. *ſcr. iiij.*
Millepedum exſiccat. *ſcr. ij.*

m. f. Puluis exhibendus ex Aq. Ononidis diebus ſingulis ad ſcr. ij.

ALIVS PVLVIS
Ad frangendum lapidem potentiſſimus.

N. CXXXV. ℞. *Scorpiones viuos num. xxxxx.*
Cicadas viuas num. xv.
Sanguinis Hirci lib. j.

Pone in Vaſe figulino opt. vitreato, & ſubiectis Prunis, vel clibano apto (operto opt. Vaſe) fac vt in cineres abeant. Deindè Aquâ Ononidis, & Saxifragiæ, extrahatur ſal, qui ſepties rectificetur, vt perfectè albus habeatur, deindè

℞. *Huius Salis gr. v.*
Sacc. fini dr. ſ.

propinetur ex Aq. Maluar.

Eſt enim omni remedio potentior ad lapidis fracturam, & expulſionem arenularum.

AD VLCVS VESICÆ.

N. CXXXVI. ℞. *Opobalſ. Arabici veri dr. ij.*
Mellis opt. dr. iij.
Aq. ſtillatæ ex ſang. humano vnc. iij.

m. opt., corpus enim ſimilare apparebit, ob Mel mixtum; Huius autem per Scyphunculum inde q. p. breui enim etiam inueterata Vlcera ſanat.

Carunculas etiam tolli Opobalſamum, ſi frequentiùs immitatur, elychnium ipſo delibutum.

AD

AD MICTVM SANGVINIS.

Præparatô debitè Corpore.

N. CXXXVII. ℞. *Aq. Calderianæ, vel Virg. lib.* j.
Succi Acaciæ in ipſa diſſoluti dr. j. ſ.
bibatur ſeptem vicibus ſummo mane.

Alia ad hoc habes in Saturnal. in Farrag. eximia.

SECTIO QVARTA.

De concilianda Senibus, & debilioribus Venere.

NVnc & de ſpecie lubet benemereri. Nuptis ſuppetias paramus; caſtitati conſulimus, ſi ſpectemus mores; generi, ſi prolem. Auet aliquando Fœmina, coniugis deſtituta concubitu, ad Procos confugere. Si validum in Veneris caſtris militem habeat, non alio tranſuolatura. Vos igitur, quos iniqua Venus malè habet; Vos depontani iam Senes, accurrite: non impoſterum flaueſcere vires, commiſſo vix prælio, dolebitis. Mirabimini fortaſſe, Veneris Ethnam comæ hyemantis niue contegi; quibus iam collabitur ætas prole potiemini; neq; vobis marita obijciet, Turpe ſenilis amor: Sit igitur.

AQVA AD CONCILIANDAM
In ſpeciei gratiam fœcunditatem.

N. CXXXVIII. ℞. *Sem. Erucæ* *vnc.* j.
Paſtinacæ
Rapi } *an. vnc.* vj.
Aniſorum
S. Verbenæ ſupinæ
Herbæ ſanguinariæ } *an. vnc.* 5.
Hipericonis
Fœniculi
Granor. Iuniperi elect. *num.* LX.
Piperis albi *num.* XX.
Carnis lumborum Stinci *dr.* ij.
Linguæ Auis
Cubebarum } *an. vnc.* v.
Orchidis maior. rad. *num.* XXXX.
Amigdal. amarar. *num.* XXV.
Testicular. Galli *num.* X.
Vulpis *num.* ij.
Virgæ Cerui *vnc.* 5.

m. contund. omnia, & infundantur in Decocto Cicerum rubrorum, per dies v. in balneo. Deindè deſtillentur per vitrum. Doſis vnc. j. 5.

Valeat nunc Iacchus; & Tethidem Veneri cariorem comitem veneretur. Vinum quippè omni Phalerno melius, fouendis Paphiæ caloribus, iociſque

Aquæ

Aquæ noſtræ cedit. Eſt etiam efficaciſſima

INVNCTIO ISTA.

N. CXXXIX. ℞. *Zibetti opt.*
Moſci orient. } *an. dr.* 5.
Ambræ orient.
Fellis Hyrci
Apri } *an. dr.* j.
Galli
Ol. Euphorbij *dr.* ij.

Quâ ſi perinæum inungatur, effectum pariter producet optimum.

Maximè etiam confert augendæ facultati prædictæ.

PVLVIS ADONIDIS.

N. CXL. ℞. *Formicar. alatar.* *ſcr.* ſ.
Chryſocollæ factitiæ *dr.* ſ.
Stynci Marini Carnis *dr.* ij.
Cantharidar. pp. *ſcr.* j.
Hyrudinum exſiccat. *num.* iij.
Saccari fini *unc.* ſ.
S. Aniſorum
Coſti } *an. ſcr.* ij.

m. f. puluis. Doſis gr. vij. ad grana xij.

Dicto citiùs, eris muneri obeundo promptus, tamque gnauiter obibis, vt ipſo te validiorem exiſtimes. Fit etiam

AD

AD IDEM CONSERVA.
Summæ actiuitatis experta.

N. CXLI. ℞. *Fisticum elect.* *num. C.*
Pineorum *num. L.*
Satirionum maior. *num. XX.*
Erucæ silu. fol. *num. XIII.*
Amigdal. amar. *num. X.*
Testicul. Galli *num. VI.*
Linguæ Auis } *an. dr. iij.*
Anisorum }
Mosci orient. } *an. scr. 5.*
Ambræ orient. }
Castanear. macerat. in Vino Mal. n. XXX.
Carnis Stynci Marini *dr. V.*

cum Melle opt., & Sacc. fino q. s. fiat Conserua S. A.
Cuius Dosis vnc. 5. ad vnc. j.
Strenuum pariter reddunt

PILLVLÆ QVINQVE
Seminum.

N. CXLII. ℞. *Sem. Erucæ*
Pastinacæ
Linguæ Auis } *an. dr. j.*
Vrticæ
Cæpæ albæ

m. f.

m. f. Puluis, & excipiatur Syr. de Stoecade ad pillularem consistentiam. Dosis scr. j.

Est etiam valdè potens remedium istud.

N. CXLIII. ℞. *Ambræ elect. orient.* *scr.* ß.
Carnis Stynci Mar. *scr.* ij.
Mosci orient. *gr.* iij.
Chrysocollæ factitiæ *gr.* iiij.

Inf. in Aq. ardente optima per horas x., deindè fiat expressio sumenda in vino generoso, ex hora ante concubitum.

AD GONORREAM VTRAMQ;

SI virulenta sit, cautius age, cohibita nam, aut perperam pertractata, in sæuissima omnium symptomata migrat; Hippocaustum vita, pernicioſum vndique, sanguinisque missionem exceptô talô. Remedia etiam peculiaria sunt satis nota.

N. CXLIV. ℞. *Fl. Cassiæ rec.* *dr.* x.
S. Papau. al. cont. *dr.* j.
Liquir. pul. *scr.* j.

f. Boli. Mox exhibe per plures dies

Decoct. Maluar.
Sonchi
Fl. Cucurbitæ
S. Melonum
In Aq. Nymphææ *vnc.* v.
Syr.

Syr. de ſucco Limonum } *an. vnc. ſ.*
de Papauere
Spiritus Therebenthinæ gut. v.

& ſic pluries; maximoperè iuuat.

N. CXLV. Vinum deindè para album, valdè di-lutum cum corallis p. p.; Chyna, Lentiſco, Santal. albis ad medietatem cum Aqua Villenſi, vel Noceriana, quod etiam non virulentam ſanabit.

PRO EMORRHOIDIBVS.

EX fœdiſſima quoq; partium, labores ſuccreſcunt immanes, ac vix ferendi, vt viſcera quoque præcipua in conſenſum trahant.

DOLORIBVS SEDANDIS Ingentibus.

N. CXLVI. ℞. *Succi Aizoi*
Telephij } *an. vnc. j.*
Cimbalariæ
Ol. ex Cucurbitis oleatis per deſcenſum diſtillati vnc. ſ.
Vngu. de ſucco Solatri } *an. dr. ij.*
Ol. ex Vitellis Ouor.
Fl. Sulphuris ſcr. ij.

agitentur in Vaſe plumbeo ad vſum.

EMOR-

EMORRHOIDIBVS
Corrugandis, & abolendis.

N. CXLVII. ℞. *Cancror. Fontanarum, hoc eſt vulgarium, num. L. circiter.*
Scarabeor. maior. qui in cellis vinarijs degunt, ad idem fermè numerum.
Olei communis electi lib. ij.

In ſartagine torrefiant, & atterantur donec fracti optimè figuram amiſerint.

Exprime fortiùs, & Oleo vtere ad inungendum ſatis frequenter.

AD IDEM.

N. CXLVIII. ℞. PLantag. aquat. radix nudo fœmuri alligata, & geſtata ſanat.

N. CXLIX. ℞. Item Oleum, quod exſtillat ex accenſo Dipſaco, quo Lanificium fomentô obducunt, illitu ſummoperè iuuat.

Sexcenta forent recolenda, at iſthæc certiora ſunto.

DE

ET ex Fœminarum parte, conceptio iuuanda venit maximè si aniculæ sint ; vel humoris inopia effœtæ. Ego veritatis assertor affirmo desperatæ iam sterilitatis mulieres, ex huius Aquæ vsu felicissimè procreandis liberis nauasse operam, additis per superiora viris calcaribus.

℞. *Testiculor. Leporis* *num.* viiij.
Hirci *num.* iij.
Cornucerui non p. p. *dr.* iij.
Satirionis min. *vnc.* v.
Lactis Vaccini } *an. lib.* j. ſ.
Equini }
Mosci Orient. *gr.* v.

N. CL. destill. omnia per Vitrum. Dosis vnc. iij. per dies xv.

Aliud ad eliciendos menses Lunæ reduci repugnantes.

℞. *Recrementi ferri contusi* *lib.* ſ.

N. CLI. infund. in Aceti acerrimi vnc. xv. per dies tres, deindè

℞. *Mellis Cret albi* *lib.* j.
Succi Plantæ Mercurialis }
Rad. Betæ rubræ } *an. vnc.* iij.
Petroselini }
Fol Persicariæ }

Aceti

Aceti prædicti decantati per filtrum ter, aut amplius vnc. x.

f. Oximel clarum S. A. Cuius Dosis vnc. j. 5. singulo mane ex iusculo Cicerum rubeorum.

Experimentis crebris est comprobatum, etiam à biennio deficientibus menstruis.

PVLVIS AD IDEM.

N. CLII. ℞. *S. Petroselini Maced.*
Seseleos } an. dr. 5.
Ammeos }
Dictami Cret. }
Sabinæ } an. scr. ij.
Crisocollæ factitiæ scr. j.

f. foll. vij. hauriantur in dies singuli, ex Aq. Adianthi.

AD IMMODICVM Mensium fluxum.

N. CLIII. ℞. *Mastices albi el.* }
Thuris }
Chanabis p. p. } an. dr. iij.
Sang. Drac. lachr. pur. }
S. Plantag. }
Citoniorum } an. dr. ij.

Fl.

℞. *Fl. Mali punici exſicc.* } *an. dr. j.*
Vngular. roſ. alb. }
Cort. Auellanar. } *an. dr. ſ.*
Acinor. Meſpillor. }

f. Puluis pro vſu, ad dies triginta circiter, ex Aqua Barbæ Hyrcinæ.

AQVA
Ad menſes ſiſtendos.

N. CLIV. ℞. *Solatri hortenſis*
Pirolæ
Saniculæ } *an. m. iij.*
Rad. Conſol. mediæ
Roſar. damaſc. rubr. *m. j.*
Florum daturæ plenæ *num. xij.*
Nymphææ *num. xx.*
S. Rhu contuſ. *vnc. j.*
Rad. Berber. *vnc. iij.*

Inf. in lib. v. Aquæ Tragopogoni per dies binos, deindè eliciatur Aqua organis vitreis. Cuius Doſis vnc. ij. ſingulo mane, cum vncia dimidia Syr. Corall.

AD VTERI SCYRRHVM.

N. CLV. ℞. *Farinæ fœnugreci* *vnc. iiij.*
Radicum Ari pulueriz. *vnc. ſ.*

Ol.

Ol. Camomelini
de Euphorbio } *an. vnc. j.*
Adipis Anseris
Taxi } *an. vnc. ij.*
Vrsi
Ammoniaci p. p. *vnc. iij.*

m. lento igne, & toto octiduo vsurpetur singulis diebus innouando, nisi Scyrrhus annum excesserit tolletur.

Ad profundum Vteri Vlcus inueteratum.

INsanabilis vt plurimum hæc affectio, nonnullos tamen vidi frequenti remedio, sin minus affatim curatos, satis commodam, & rebus agendis aptam duxisse vitam. Suppono semper congruam vniuersalium administrationem, quam ad singula remedia repetere ineptum foret.

N. CLVI. ℞. *Vermium Millepedes dictor.* *vnc. iiij.*
Pellem Viperinam recentem minutatim concisam.
Cancrorum fontanarum, qui toti contunduntur *num. xx.*
Sulphuris viui
Salis prunellæ } *an. dr. ij.*
Mumiæ electæ

Aloes ſuccotrini *dr.* j.
Succi vinceprouincæ } *an. lib.* iij.
Vini rubri generoſiſſimi }

bull. ad conſumpt. medietatis in Vaſe vitreo, vel fi-gulino opt. clauſo, & cùm friguerint f. fortis expreſſio, cuius bis in die injiciatur ſufficiens quantitas.

Ad Verrucas gallicas circa pudenda.

N. CLVII. ℞. *Viridis æris*
Præcipitati opt. } *an. dr.* ij.

Abluantur decies; & amplius cum Sero deſtillato, deindè exſiccentur, & adde

Radicum Ireos
Foliorum Sabinæ } *an. dr.* j.
Salis Gemmæ *dr.* j. ſ.
Opij *ſcr.* j.

f. puluis.

Abluantur verrucæ vino tepenti, deindè inſpergatur puluis.

AD ENTEROCELE Puerorum.

N. CLVIII. ℞. *Carnis Cochlearum exſiccat. in clibano unc.* iiij.

Succi

Succi Aſter Attici }
Alchimillæ } *an. vnc. ij.*
Radic. Conſolidæ mediæ }

Ol. Citonior. }
Ceræ citrinæ } *an. vnc. j.*
Galbani p. p. }

Agitentur ad ignem ad Cataplaſmatis formam, pro tertia quaque die mutetur.

AD VTERI PROCIDENTIAM.

PRæmiſſis hydragogis conſentaneis per os, & applicitis cucurbitulis, tùm infra mammas, tùm ſpatulis veniat in vſum ex hora ante prandium hæc inſeſſio.

N. CLIX. ℞. *Tragopogoni* }
Flor. Mali punici } *an. m. ij.*
Radic. Symphiti ma. }
Matricariæ m. j.
Succi Meſpilor. acerbor. }
Sorbarum } *an. lib. ij.*
Prunor. ſilueſtr. }
Thuris electi }
Maſticis albi } *an. vnc. j.*
Coralli rubri p. p. }
Vini rubri auſteri }
Aquæ Plantaginis } *an. lib. iiij.*
Tragopogoni }

bull. ad conſ. quartę partis, & colatura ſit pro inſeſſione.

Ad ſudorem perliciendum etiam ex Gallica Lue.

NOTA ATTENTIVS.

N. CLX. ℞. *Aquæ Cardui benedicti* *lib. xv.*
Scordei Cretici opt. aſſeruati *m. vj.*
Rutæ Capprariæ *m. iij.*

Infund. per triduum in balneo M. in Vaſe amplo opt. turato; deindè bulliant ad conſumpt. ſextæ partis: mox f. expreſſio valida; in qua denuò infundas

Eiuſdem Scordei *m. iij.*
Rutæ Capprariæ *m. ij.*
Drachenæ contuſæ *dr. viij.*

& poſt triduum fiat noua expreſſio; in qua dennò adde

Eiuſdem Scordei *m. j. ſ.*
Rutæ Capprariæ *m. j.*
Drachenæ el. cont. *dr. iij. ſ.*

& alio exacto triduo, denuò exprime fortiùs; tandem

℞. *Huius expreſſionis* *lib. iiij.*
Saccari albi
Mellis electiſſimi } *an. lib. ij.*

S. A. f. Syrupus, cui adde

Eſſentiæ Citri *dr. j.*

Doſis vnc. j. ſ. mirificè prodeſt, & experimentis conſtitit exitus, atque laus.

SE-

SELECTIORVM REMEDIORVM TVMVLTVARIVS ORDO.

Pillulæ ad Luem Gallicam eradicandam.

PRæmiſſis quibuſdam vniuerſalibus, in antiqua Venerea Lue, quæ iam occupauerit oſſa, & corporis remotioris partes, Verno, vel Autumnali tempore, ſingulas, diebus ſingulis, ad trigeſimam, vel quadrageſimam vſurpabis, & conualeſces.

N. CLXI. ℞. *Aloes ſuccotrini*
Agarici opt. } *an. dr. iij.*
Rhab. electi
Troc. Alahand. } *an. dr. j.*
Extr. Helleb. n.
Hidrarg. opt. expiati, & extincti, cum ſucco Saluiæ vnc. j.
Foliorum auri puriſs. num. centum.

ſubigantur diù cum Syr. de Cort. Citri aromatizato q.s. additis ſpeciebus Diambræ M. complet. ad dr. j. ſ. Pill. xxx.

PVLVIS AD IDEM.

N. CLXII. ℞. *Mirabol. Citrin.* } *an. dr. j.*
Pulu. Griſei
Senæ electæ } *an. dr. ij.*
Turbit
Croci metallorum } *an. dr. ſ.*
Gummi guttæ
Spec. arom. roſ. *ſcr. iiij.*
Chymæ elect. *dr. iij.*
Sacc. fini *vnc. ſ.*

f. foll. num. xx. pro vſu.
Capiat in Decoc. Saponariæ, vel Fumariæ.

VINVM CATHARTICVM
Eidem vſui.

N. CLXIII. ℞. *Eſulæ p. p.* } *an. vnc. j. ſ.*
Follic. Senæ
Turbit. } *an. vnc. ij.*
Scialapæ
Granor. Satyridis virid. *num. centum.*
Ligni Aloes opt. *dr. ij. ſ.*
El. Citri *m. j.*
Vini mediocris lib. LXXX. pro vſu.

AD

AD DEMORSOS A CANE, Sciuro, vel Fele rabido.

RAbiei signa patentia sunt; Etiam in leui suspicione, partem demorsam scarifica, altiùs vre, nec impiè pius, indulgeas: mox (sacris etiam ritè adhibitis) ad quadragesimum diem sequenti vtere Electuario.

N. CLXIV. ℞. *Gentianæ*
Ireos
Myrrhæ } *an. dr. iij.*
Cineris Cancr. fluuial.
Mitridatij
Rad. Ros. sylu. } *an. dr. v.*
Antid. nostri Bezaart.
cum Vino Maluat. f. Conserua. Dosis scr. ij. 5.

AD TINEAM.

N. CLXV. ℞. *Cineris exuuiar. Viperar.* *dr. iij.*
Olei Euphorbij *vnc. ij.*
inunge per octiduum; mox ablue Aqua destillata ex Melle ros. simplici.

AD VRINÆ SVPPRESSIONEM.

N. CLXVI. ℞. *Aquæ ex Virga aurea* ℥vnc. ij. ʒ.
Succi Rutæ muralis
Saxifragiæ } an. dr. j.
Spiritus Salis
m. bis exhibe, aut ter in die.

AD VERRVCAS GALLICAS Delendas.

N. CLXVII. ℞. *Aceti deſtillati* *lib.* ʒ.
Fl. Verbaſci *m.* ij.
Infund. per dies tres; mox facta expreſſione adde
Calcanthi Cyprij *dr.* j. ʒ.
Sabinæ puluerizatæ *ſcr.* iiij.
m. & ſæpiùs attinge.

AD ELICIENDOS MENSES Contumaciores.

N. CLXVIII. ℞. *Terebinthinæ opt. lotæ in Aqua Ononidis, & Adianti* ℥vnc. j.
Croci
Elaterij } an *ſcr.* j.
Nitri rectific.
ʒ. b.

f. b. n. xv. capiat singulos ex his horis, quatuor ante cibum, cum modico iuris cicerum.

AD DIFFICILEM PARTVM.

N. CLXIX. ℞. *Chrysocolæ fact.*
Sabinæ } *an. g. vij.*
Dictamni Cret.
Salis Tithimali Cypariſſi g. iiij.
Balſami or. ſcr. ij.
m. f. Pill. tres. Capiat ſexta quâque horâ.

AD SCYRRHVM VTERI.

N. CLXX. ℞. *Myrrhæ opt.*
Ammoniaci p. p. } *an. dr. j. ſ.*
Adipis Veruecis
Olei antiqui } *an. vnc. ij. ſ.*
m. lento igne, & infra vmbillicum per plures dies inunge.
Emollientes interim ſubde vberiùs.

AD LEPRAM.

N. CLXXI. ℞. *Succi Thapſiæ*
Carpobalſami } *an. dr. j. ſ.*

Pa-

Paſtill. Viperinæ *dr. ij.*
Dactilor. opt. contuſ. *vnc. ij. ʒ.*
Succi Verbenæ depur. *vnc. j.*
Conſ. ex Fl. Anthos *vnc. iij.*

f. Conſ. pro vſu. Doſis dr. ij. ſingulo mane.

Interim ablue membra Aqua deſtill. ex Melle roſ. ſimplici, cum Vini Abſinthij triente.

AD SCABIEM PVERORVM.

N. CLXXII. ℞. *Pingued. renum Hœdi, opt. lotæ cum Aqua Calendulæ, & Lilij conuall.* *lib. ʒ.*
Cremoris Tartari
Nitri albiſs. } *an. dr. j. ʒ.*
Saccari cand.
Succi Limonum *vnc. j. ʒ.*
Rad. Helleb. al. *ſcr. j.*

m.

AD CÆCITATEM
Ex craſſo humore.

N. CLXXIII. ℞. *Aquæ ex Syr. de Fœnic. deſtill. vnc. iiij.*
Mellis Cret.
Balſ. orient. } *an. dr. j.*
Fellis Lucij piſcis

agita

agita diù, & commiſce, oculiſque ſingulis diebus ter, aut ampliùs inſtilla. Reſtituti ſunt, quos oculorum vſus iampridem liquerat.

AD INVETERATAM Raucedinem.

N. CLXXIV. ℞. *S. Botrijs*
Aniſorum } *an. dr. ij.*
Succi Liquir. denſ.
Rad. Ari } *an. dr. j.*
Scillæ p. p. *dr. ij.*
f. Paſtilli parui ore detinendi.

AD ISCHIADEM.

N. CLXXV. ℞. *Fl. Flammulæ louis* *m. ij.*
Sinapis pulu. *dr. j. ſ.*
Rad. Scrophulariæ cont. *vnc. ſ.*
Mumiæ electæ
Salis Abſinthij } *an. dr. j. ſ.*
Balſ. Peruuiani *vnc. j.*
Ol. antiqui *vnc. ij.*
Anethini
Cheirini } *an. vnc. iij.*
Inf. per dies xx. in boccia opt. lutata in fimo equino; deindè

deindè extrahe, & f. fortis expreſſio, quâ inungas locum, ſuperpoſito coccineo panno.

AD VENTRIS TORMINA.

N. CLXXVI. ℞. *Fl. Camomelli*
Rad. Anthoræ } *an. dr. ij.*
Contraieruæ
S. Seſeleos Maſſil.
Carpobalſami } *an. dr. j.*
Zedoariæ
Spec. Diamoſcu dul. *dr. 5.*

f. puluis. Doſis ſcr. j. in Vino Maluat., aut iure pullæ.

AD REBELLEM TVSSIM.

N. CLXXVII. ℞. *Aquæ ardentis ſepties rectif. lib. 5.*
Sacc. cand. pulu. *vnc. iij.*

Flammâ admotâ, ignem concipient: leniùs agitando permitte ignem extingui: mox adde

Succi Equiſeti
Farfaræ
Botrÿs } *depur. an. vnc. j.*
Scordei

m. f. Eclegma pro vſu.

Ad

Ad compescendas mammas licentiùs extuberantes.

N. CLXXVIII. ℞. *Limacior. n. LX.*
Succi Cicutæ
Pyrolæ } *an. vnc. ij.*
Consol. med.
Farinæ Orobi
Sumachiorum } *an. vnc. ß.*
Cum Ol. Violar. q. s. f. pulf. quo vtere noctu: Mane ablue aquâ rosarum albarum.

AD RVGAS VENTRIS, & Mammarum à Partu.

N. CLXXIX. ℞. *Farinæ Hordei*
Oryzæ
Lentium } *an. vnc. j.*
Olei Populeonis
Violarum
Chrysomellitam } *an. vnc. j. ß.*
Ceræ flauæ *dr. ij. ß.*
Adipis Anatis silu. *vnc. iij.*
m. pro vsu.

Ad

AD CANCRVM, præstantissimum.

N. CLXXX. ℞. *Cortusæ* *m. iiij.*
Inf. in Olei Glandis Vnguent. ℥nc. x. per dies xx. Sol. expos. deindè adde
Drachenæ incisæ *℥nc. j.*
per alios decem dies, & vtere: mirum est remedium à Nobili Viro ex familia Cortusiorum, mihi olim communicatum.

AD PODAGRÆ MINVENDOS, immò & sedandos cruciatus.

N. CLXXXI. ℞. *Album. Ouor. rec.* *num. ij.*
Succiflorum daturæ dupl. *dr. ij.*
Aluminis crudi vulgaris *dr. j. ß.*
agita diu, & in vsum reuoca.

AD IDEM.

N. CLXXXII. ℞. *Ol. Amigd. d. ß. i. rec.* *lib. ß.*
Violarum *℥nc. iiij.*
Vitellorum Ouor. *℥nc. ij.*
Pom. matur. Balſ. momord. v. *xij.*
Fl. daturæ duplic. *n. vj.*
Rad. Centaurei mont. max. inc. *℥nc. j.*

Inf. per caniculares dies opt. clauſo Vaſe; Medicæ (fortè) facultati, remedium præſtantius nullum. Vtimini PODAGRICI, & plaudite, & ad NEPENTHE, vrgente acriùs dolore, alacri fiducia confugite. Experta loquor.

AD LICHENES,
& quaſcumq; Impetigines.

N. CLXXXIII. ℞. *Aq. Tragopogoni ex Melle roſ. ſol.* } *an. vnc. iij.*
Salis Prunellæ }
Litargirij } *an. dr. j. ß.*
Saccari cand. }
Tutiæ p. p. } *an. dr. j.*
Rad. Serpent. p. p. }

m. & vtere.

Ad Vlcera etiam Phagedæna.

AD euitandum quorundam Chirurgorum, aut dolos, dum vnguinibus, vel miſerè protrahunt cum lucro curationem, præſtat vſus ſequentis pulueris, quô Vlcus aſperges; applicitô deindè linteolo, in ſequenti Vino madefacto.

℞. S.

îiz

N. CLXXXIV. ℞. *S. Hipericonis* } *an. dr. 5.*
Florum eiusdem }
Myrrhæ el. }
Thuris lachrymæ } *an. dr. ij.*
Mumiæ }
Sarcocollæ }
Aloes Succotrini *ſcr. ij.*
Tutiæ }
Salis Abſinthij } *an. ſcr. iij.*
Carpobalſ. }
Ariſtolochiæ rot. *dr. j.*
Sacc. fini ad pondus omnium.

f. puluis, & detur vſui.

Vinum, quô vtaris, vt ſupra.

N. CLXXXV. ℞. *Roſar. rubr.* } *an. m. j.*
Hipericonis }
Santal. rubr. } *an. vnc. 5.*
albi }
Rad. Conſolidæ mediæ *vnc. ij.*
Viridis Aeris ſepties loti cum Aqua
Betonicæ *vnc. 5.*
Boli arm. orient. *vnc. j. 5.*
Vini generoſi rubri *lib. vj.*

Inf. per horas xxxx., deìndè vtere.

AD

AD VISVS HEBETVDINEM.

N. CLXXXVI. ℞. *Succi Fœniculi*
Eufragiæ
Chelidoniæ maior. } *an. ℥unc. iiij.*
Hieracij
Mellis albissimi
Fellium Galli Gallinacei n. iiij.
Aloes succotrini dr. 5.
Tutiæ p. p. dr. j. 5.
Fol. auri puri n. xxxx.
Chariophill. el. n. iiij.
Mosci g. iij

Inf. per horas xij. deindè clarificentur sensim succi decantati, & fœces super lapide porphirite opt. triturentur, & siccentur in vmbra. Mox

℞. *Huius liquoris ℥unc. 5.*
Prædicti pulu. macinati scr. j.

m. instillentur oculis debilibus, & visus longè purior, & validior reddetur.

VT MVLIER CONCIPIAT.

MVlta circumferuntur, tùm vana, tùm superstitiosa, tùm etiam noxia; & præsertim ridicula quædam ex apocripho Alberti Magni secretorum

libello, cuius absurda nec quidem somniauit Philosophus ille clarissimus. Nos quædam experientiâ comprobata, etiam Magni Principis faustissimis Natalibus proponemus. Sana igitur, si degat alioqui Mulier, ablatis per leuia, ea tamen apposita pharmaca, impedimentis; octiduô ante coitum sumat de sequenti Conserua dr. iij. singulo mane.

N. CLXXXVII. ℞. *Pinearum el.*
Fisticum mund.
Caricar. pinguium
Satirionum cond. } *an. vnc. iij.*
Testic. Anserum p. p. *n. x.*
Matricis Leporis p. p. *dr. ij.*
Granor. Paradisi *dr. j.*
Mosci orient. *g. iij.*
Balsam. orient. veri *dr. j. 5.*
Sacc. fini *vnc. vij.*

cum Vino Maluat dulci q. s. f. Conserua sumenda vtsi.

Quâ autem horâ cubitum redditur, pessarium subdat, vt infra, quod ad mediam saltem contineat noctem, pro tribus, aut quatuor vicibus.

N. CLXXXVIII. ℞. *Xilobalsami* *dr. j.*
Matricariæ
Fl. Meliloti
Cort. Castan. } *an. dr. 5.*
S. Dauci
Erucæ } *an. scr. j.*
Mosci

Moſci orient. *g.* *iiij.*
Ambræ orient. *g.* *vj.*
Ol. Fl. Aurant. odor. *q.* 5.

cum goſſipio f. peſſarium molle.

Summo autem mane, muliebribus locis aquâ Myrthi, cum Vino generoſo albo expiatis, eadem ſuffitu ſequenti repleat per infundibulum.

N. CLXXXIX. ℞. *Ligni Aloes* } *an. dr.* *ij.*
Eboris limati
Caſſiæ ligneæ } *an.* *dr.* j.
Styracis lachrymæ
Bengioini *ſcr.* *ij.*
Sacc. cand. *dr.* 5.

calenti vitro imponantur paulatim ad vſum.

AD VIROS,
concipiantur vt Mares.

N. CXC. ℞. *Teſticulorum Vulpis p. p.* *n.* *vj.*
Pinearum elect. *vnc.* *vj.*
Confect. Alchermes *vnc.* 5.
Conſ. Fl. Anthos *vnc.* *ij.*
Spec. Diamoſcu dulcis } *au.* *dr.* 5.
Cubebarum
S. Cæpæ albæ
Satirionum Sacco cond. } *an.* *vnc.* j. 5.
Zinziberis conditi

cum Vino Maluat. generoſo, & ſaccaro albiſſimo ad æquas partes f. elect. pro vſu. Doſ. vnc. 5. per dies octo.

Cœterum res ingenio iuuanda, vt conueniant mores, ac vtrinq; generandi feruor appareat. Vetulæ quoq; his artibus concepere, nedum florentis ætatis, quæ ſteriles habebantur.

Ad antiquos articulorum dolores.

N. CXCI. ℞. *Decoct. Iuæ Artheticæ*
Lappæ mai.
Betonicæ
Cardui bened. } *lib. iiij.*
Vini Maluat. *lib. iij.*
Theriacæ mediæ ætatis ℥ *vnc. j.*
Guaiaci limati ℥ *vnc. ij. ʒ.*
Primulæ veris *m. ij.*
Chariophill.
Spec Diambræ M. } *an. dr. j.*

Inf. per horas xx. deſtill. per vitrea organa, & huius Aquæ (purgato corporæ) exhibe per dies xxx. dr. ij. ʒ.

CAVSTICVM ADHVC ARCANVM, quod abſq; dolore, aut ſanguinis effuſione, altiùs, & citò carnes ſoluit.

N. CXCII. ℞. *Auripigmenti rubri*
Calcis ℥ *viuæ* } *an. vnc. j. ʒ.*
Salis Ammoniaci

Cal-

Calcanthi Romani *lib.* 5.
Aluminis rupis } *an. dr.* 5.
Mercurij dulcis }
Cinnabaris mineralis *dr. iij.*

calcinentur omnia ex arte: deindè abiciatur aqua optimè lutatis organis, & in hac aqua indè

Salis Theriacalis *dr. ij.*
Opij Thebaici *dr. v.*

donec tinctura sit absoluta: quâ penicillo carnes tanges.

BALSAMVM.
Orientali Legitimo, odore, & facultate simillimum.

N. CXCIII. ℞. *Olei Abietini puri*
Ex Pomis Balsaminæ momord. in Oleo de Glande vnguentar. } *an. lib.* j.
Therebinthi Cyprij
Cortic. exterior. Fisticum resinos. *vnc. ij.*
Sem. Hipericonis collect. men. Aug. *vnc. iij.*
Fl. eiusdem siccorum sed eiusd. anni *m. iij.*
Thuris puriss. pul.
Carpobals. veri contusi } *an. vnc.* j. 5.
Vini Maluat. austeri generosiss. *lib. iij.*

Inf. per triduum sæpè agitando; deindè per calidos cineres euaporet lentè vinum, & f. valida expr. Olei, quod post annum vero Opobalsamo finitimum,

ac notis ſimillimum habebis.

Mox recipe fœcis expreſſionis.

Sarcocolæ	*vnc.*	j.
Aloes ſuccotrini	} *an.*	*dr.* j.
Boli arm. or.		
Thuris puriſs.		
Sanguinis humani p. p.	} *an.*	*dr. iij.*
Draconis lachrymæ		
Salis abſinthij	*ſcr.*	*iiij.*

f. puluis. Ad Vlcera, & Vulnera vtiliſſimus.

AD MEMORIAM iuuandam.

TAnti fuit momenti, etiam apud præſtantiſſimos Viros memorandi altiùs auiditas, vt ſalutem viſcerum poſthabuerint, ſæuiſſimiſque (tantùm, non ſpontè) ſe ſe morbis inuoluerint, vt ſenſu aliquo (ad minus capti) fœdiſſimis quoque cutis puſtulis, ac viticibus, æternâ moleſtiâ, ac deformitate putruerint; hoc vno læti ſolatio, quod inter Oratores, vberrima rerum ſcaturigine, verborumq; fœlicitate claruerint: cùm tamen facili ſatis, ac nullatenus ancipiti, aut pernitioſa remediorum ſerie curari poſſent. Noſtra hæc parua, quæ neutiquam obſint, ac plurimum memoriam confirment, & augeant habeto Lector.

N. CXCIX. ℞. *Anacard. opt. p. p.* *dr.* j.

Zerum-

Zerumbeth	}	*an. ſcr. 5.*
Spicæ Nardi		
Fl. Anthos	*dr.*	*5.*
Sacc. fini	*vnc.*	*5.*
Galliæ moſcatæ	*g.*	*vj.*

f. puluis, & diuidatur in foll. xij. hauriendos ex Aqua ℞. Sambuci ad vnc. 5. ſingulo mane.

℞. *Ol. Sambucini*	*vnc.*	j.
ex Euphorbio	*dr.*	*ij.*
Nucis moſc.	*dr.*	j.
Balſ. Iuniperi	*ſcr.*	*ij.*
Agalloci electi pul.	*dr.*	*5.*

m. f. linimentum pro inunctione Occipitis.

Confectio Diaſcorzonera.

AB Antidoto Bezaartica, primæ Huic fortè debentur laudes; ſudoribus nàm, vrinâ, alijſquæ proficuis motibus, tùm aſſumptô, tùm ingenito Venenô Naturam iuuat: & aſſumptu iucundum eſt.

N. CXCV. ℞. *Rad. Scorzon. Hiſp. opt. p. p.* } *an. dr. ij. 5.*
Vincetoxici
Anthoræ }
Zedoariæ } *an. dr. j.*
Santal. Citrin. }
Boli arm. or. *dr. ij.*
Fl. Citri in vmbra exſicc. *dr. iij.*

Granor. luvip. elect. ℥*nc.* 5.
Macis electi } *an.* ℥*nc.* j.
Chariophill. elect. }
S. Ocimi Chariophill. *dr.* j. 5.
Galliæ Mosc. Mes. *scr. ij.*
Mellis Hisp. } *an.* ℥*nc. iij.*
Saccari fini }
Vini Maluat. electiss. *q. s.*

f. Elect. S. A. Dosis dr. 5. ad dr. j.

CERATVM MANVS DEI.

AD quæcumq; Vlcera, & Vulnera, etiam venenata; ad Carbunculos Pestilentes, Tumores frigidos, Ventriculi imbecillitatem, & alia.

N. CXCVI. ℞. *Rad. Angelicæ Germ.* } *an. dr. ij.*
Dracenæ }
Anthoræ }
Vincetoxici }
Tormentillæ } *an. scr. ij.*
Bistortæ }
Zedoariæ }
Zinziberis }
Galangæ }

Rad.

Rad.	Scorzoneræ Hiſp.	an. ſcr. iiij.
	Rhodiæ	
	Conſolidæ med.	
	Pimpinellæ	
	Chelidon. ma.	
	Acori Veri	an. ſcr. j.
	Ciperi rot.	
	Meu Atam.	
	Coſti Indici	
	Imperatoriæ	
S.	Herbæ Paridis	an. dr. j. ſ.
	Citri p. p.	
	Cardam. ma.	
	Cubebarum	
	Carpobalſ.	
	Ocimi Chæriophil.	
	Amomi leg. Vuei	
	Sileris mont.	an. ſcr. iij.
	Seſeleos maſſil.	
	Hipericonis menſe Aug. coll.	dr. iij.
Baccar.	Lauri	an. dr. ſ.
	Iuniperi	
	Myrtillorum	
Squinanthi		an. ſcr. ſ.
Macis el.		
Laudani		

Corall.

Corall. rubr. p. p.	}	*an. ſcr. v.*
Electri crudi		
Terræ lemniæ		
Lap. Bezaar occid.		
Ligni Aloes opt.	}	*an. ſcr. ij.*
Santal. Citr.		
Caſſiæ lignea		
Aſpalathi roſei		
Camphoræ	*ſcr. ſ.*	
Fol. Dictami Cret.	}	*an. dr. j.*
Abrotani mont.		
Cardui bened.		
Rutæ		
Calaminthæ præſtant.		
Nicoſianæ		
Abſinthij Pont.		
Balſam. Momord.		*m. ſ.*
Pulpæ Pomor. eiuſdem exſicc.		*unc. j.*
Fl. Hipericonis		*m. j.*
Styracis lachrymæ	}	*an. dr. iij.*
Thuris puriſſ.		
Myrrhæ opt.		
Sangu. Draconis lachr.	}	*an. dr. v.*
Benioini amigdaloidis		
Laudani	}	*an. dr. ij.*
Mumiæ		
Maſticis		
Gumi Catahamac		*Ele-*

Elemi *dr.* j.
pulue. pulu. & gummata, ac lachrimæ Vino Malù. opt. dissolur & cum Balsamo Pernuiano, & Orientali legitimo æquis portionibus q. s. f. massa cerati. Vltra fidem, & in re medica præstans.

Pluræ extant aliorum formulæ: Nostra hæc fortè, attentô concinnata studiô; cœteris non decedet, diuturno experimento fæliciter adprobata.

ELIXIR VITÆ.

POstremi videntur Auctorum conatus, ELIXIR in apice Medicæ, & Chymicæ facultatis excogitato, absolui. Nos quoq; iuuat diuturnâ pensitatione sancitum exarare; quod plurimis expugnandis morbis aptetur, & fælici exitu conclamatorum, ac penè morientium vires recolligens, & amissum iam eloquium restituat, ac veluti reuiuiscentis lucernæ refoueat lumen. Patebit intelligenti, cum alijs collatronem facta, remedij tàm præstantis energia, & à vulgari alea secretio.

N. CXCVII. ℞. *Lap Bezaar or. legit.*
Margar. p. p.
Succini transluc.
Eboris fossilis } *an. dr.* j.

Ter-

Terræ lemniæ vera
Vnicornu legit.
Salis Theriacalis
ex Roremarino
ex Melissa
Ex Cranco Hum. } *an. scr. ij.*

Magisterij Corall.
Vngulæ Alcis } *an. scr iiij.*

Cont. & inf. in succo Citri nuper expresso, per dies octo: deindè triturentur diù super lapide porphiritæ, & paruis pastillis exsiccentur in vmbra. Deindè

℞. *S. Angelicæ*
Calendulæ
Melissæ
Sileris mont. } *an. dr. ij.*

Ocimi Chariophill.
Coriandr.
Amomi legit.
Cardamomi } *an. scr. iiij.*

Ligni Aloes opt.
Cassiæ ligneæ
Chariophill. el.
Benioini puriss.
Rasuræ Eboris
Spec. Diambræ Mes. compl. } *an. dr. j.*

Cont. & inf. in Aqua Fl. Aurantior. q. s. per dies quatuor, deindè macinentur, vtsupra, & in pastillos distri-

distribuantur, donec exsiccentur in vmbra. Deindè

℞. *Amaraci Cret.*
Dictamni Cret.
Malobatri veri } *an* ſcr. v.
Scordei Cret.
Fl. Anthos.
Fl. Roſar. rub.
Cort. Citri rec. exſicc. } *an.* p. j.
Fl Citri in vmbra paſſor.
Aurantij pariter
Galliæ moſcatæ *dr.* j.

Cont. & inf. in ſpiritus Vini rectific. lib. iij. 5. per dies octo in opt. clauſo vaſe vitreo: deindè f. fortis expreſſio, & ſepoſitis fœcibus, PASTILLOS omnes vtriuſque deſcriptionis in ea infunde. Deindè

℞. *Noui Spiritus Vini Maluat. opt. rectific. lib. ij.,*
in quo infunde per dies quatuor

Granor. Paradiſi	*dr.*	ij.
Chermes	vnc.	5.
Raſuræ Aſpalathi roſeæ	*dr.*	j.
Ambræ orient. opt. pul.	ſcr.	iiij.

deindè f. expreſſio, quæ iungatur expreſſioni ſupradictæ ſeruatis ſeorſim fœcibus (quibus ſubactis ad ſuffitum vteris) & per alembicum vitreum, attentâ deſtillatione prolicias, ex Arte ignem adaugens, & ad difficiliores morbos ſuperandos aſſerua; vt cum ſalute ſit laus Æterno, qui rerum omnium eſt Principium, &

FINIS.

44672 s